CONCORDANTIAE

POETARVM PHILOSOPHOrum & Theologorum, Ioanne Calderia Phiſico Authore.

OPVS VERE AVREVM, QVOD nunc primum in lucem prodijt ex antiquo exemplari Authoris.

NEMO IGITVR POST HAC POTErit errare in via Poetarum vel Philoſophorum nam vt apud Theologos ita & apud hos, continentur dogmata ſalutis.

MEI, VIRTVTIS

SPLENDORES



TESTIMONIVM.

Cum priuilegio Illuſtriß. S. Venetiarum in decennium.

M. D. XLVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD FRANCISCVM DONATVM ILLVSTRISSIMVM ET SERENISSIMVM Principem Venetiarum.

PANAEGIRICVS MICHAELIS ANGELI BLONDI ARTIVM & Medicinæ Doctoris.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

CVM Famæ nuntius optatiiſsimus Illuſtriſsimæ.P.ad meas perueniſſet aures, Optimum Senatorem Franciſcum Donatum electum eſſe in Ducem Venetiarum a patribus uenetis, mirifice lætatus ſum. Quoniam Spero,eo, iucūdiorem eſſe uitam omnium tuo ſub imperio, quo diutius uiues,uiuas autem opto diutiſsime, poſtquam Deus elegit te uirum Illuſtriſsimum in Principē, Nec me repræhendas, ſero quamuis ſero uenerim ad gratulandum,Nullius etenim,Sera etiam gratulatio ſolet repræhendi,Tandem gratulor tibi Principi Digniſſimo,atque opto ut principatus iſte ſit tibi laudis ſempiternæ,eritque procul dubio,quoniam cuncta reges propria prudentia, quis namque te ipſo quicquā tibi ſuadere poteſt ſapientius?propterea nunquam errabis dū te ipſum audies, quantus foret animus tuus nouerunt patres, nouerunt conſilium tuum & Senetores, Nihil

enim abſque prudentia facies magna, ſed quæ recta uel profutura huic REIPVBLICE *eſſe ſenties, properanter efficies, uides namque quæ nam tempora ſint hæc, in quo ſtatu* REIPVBLICE, *quanta rerum uarietas perſpicitur, uel quam incerti rerum exitus, ut iam necubi ſincera fides reperiatur, ſunt enim modo, nõ tã hominum, ſed et uirorum flexibiles uoluntates, undique præcipue bonis inſidiatur, quod non omnes, certum eſt, at prudentiſſimus princeps et uidet & cogitat, Ideo non dubito quin* REMPVBLICAM *tuam ardentiſſime non ames, uel cures, Aduc ergo teipſum, & prudentiam in conſilium eius, obtempera et rationi quam poſſides, quis enim uiro prudenti melius conſilium dare poteſt ſe ipſo ? haud facile inueniri poteſt, uerumtamẽ tanto principi, certe nemo melius dabit, Neque auguror, ſed uera fateor, Iam enim extant laudum tuarum innumerabiles ſpectatores, quia nouerunt temperantiam animi tanti principis, & moderationem naturæ, nouerunt offitia eius, denique et uirtutem. Nimirum igitur, ſi quoſdam iam uides in te eſſe tales, qualem Tantum principem in ſe eſſe cupiunt, uidens ergo ipſe etiam eundem Sed Illuſtriſſimum Principem, Optimum moderatorem omnium cõſiliorum, cogor fateri huic Rei publice magnæ ſaluti, & Magiſtratibus eius maximæ dignitati futurum, Namque tuarum actionum, ſententiarum, uoluntatum, rerum denique omnium adminiſtratio Senatoribus Venetis olim eſt notiſſima. Quod ergo pulchrius munus poſſet eſſe huic Rei publice, te Principe Illuſtriſſi-*

mo quoniam non ui, non dolo, non caſu, uel occulta poteſtate fatorum maximus Rector Senatus, populique Veneti factus es, Sed ab ipſo Deo Optimo coram palamque electus fuiſti & Donatus, Quod, & antiquum tuum cognomen oſtendit, etenim Hoc uniuerſus & populus Venetus, priuſquam electus fueras in Principem uulgo ferebat, Ante ergo electionem In pectoribus populi Veneti Princeps eras, quam ergo carus habendus es, quia Donatus hoc tandem donum cunctis tuo ſub imperio gratiſſimum eſſe debet, placaſti tandem princeps Illuſtriſſimæ omnium animos nomine Donati, quando dona & homines & Deos ipſos placant, ex priſcorum ſententia, fateor ergo, ut olim bonus fuiſti & conditor, & moderator legum Venetorum, Ita nunc etiam eris ſeruator optimus eorumdem imperii, ſcias etiam princeps Illuſtriſſimæ, quod hoc ſermone nō blādior tibi, ut Deo, uel ut Numini, ſed loquor hæc, ut de uiro forti atque de optimo Venetorum Heroe (namque certum eſt mihi) quod nunc quoque unum te eſſe putas ex Heroibus, Ideo magis excellis, atque emines, quoniam te unum ex Heroibus, exiſtimas, nec minus te hominem quàm hominibus præeſſe, quàm ergo dignus es omnium amore, quin potius ſeruitute, qui non ſeruitute ciuium, ſed potius libertate lætaris, merito tandem populus Venetus, talem Principem ſeruare debet, Nam ſi priores, formoſi, ſi fortiſſimi fuere, tu uero ſumpto argumento a pietate & manſuetudine laudaris, Hæc ſunt ergo Illuſtriſſimæ Princeps quæ me monuere ut humanitatem, temperantiam, & amorem tuum er-

ga omnes cœlebrarem, neque miraberis, dum ea tuis de laudibus non effero, quæ etiam aures omnium pati poſſent, Namque tuis uirtutibus quis nam non debet? uereor autem, ne gratia tanti Principis iudicet me parcum eſſe in ſuis laudibus, malo autem hoc dicat, quàm me modum exceſſiſſe putet, Nam animaduerti ut etiam cultores Eccleſiæ Romanæ dicunt, quod Deus ipſe, non tam accuratis præcibus adorantium quàm innocentia & humanitate lætatur, Crediturque illum gratiorem eſſe Deo, qui templis eius puram caſtamque mentem, quam qui orationem intulerit meditatam, Cum ergo pater patriæ olim omnium uoce appellabaris, fateor quod, omnes Senatores rectiſsime nouerunt, quam bene humeris tanti uiri hoc imperium ſederet, ut igitur maria piratæ prædari, utque terras tua ſub ditione poſitas depopulari cupiant hoſtes uides, nam inter procellas maris & bellicos tumultus modo hoc ſtat imperium, ſed tu forti manu & imperio potenti, quoſdam propelles, quoſdam uero & uinces, hoc enim & patris patriæ officium & Principis tanti eſt, hoc & Roſarium tuum teſtatur, quo ſtemma tuum inſignitum eſt, equidem non ab re, nam ut roſa aliis floribus præſtantior eſt, Ita & tantus Princeps cæteris paribus erit excellentior, quis enim non colit roſam cum ſit florum pulcherrima? omnis utique, Ideo non aliter populi huius imperii te colent, præcipue dum alios Principes quod tamen citra cæterorum inuidiam dictum ſit, moribus & uirtute exuperas, ut & roſa pulchritudine & ſuauitate præſtat aliis floribus, ideo bonis legibus inſtitu

tus, qua uis in religione, facile omnium æquabis glo riam Principum, poſtquam non magis tuorum ciui= um, quàm exterorum proborum hominum egregium quodque opus diligis, nec uereor quin & authorem huius ſermonis eodẽ animo non amplecteris, tui etenim impii filius eſt, Demum Illuſtriſsimæ Princeps ſcias, quod non tibi regna Deus ſed Regnis te Principem præpoſuit, namque ea non deſiderabas ueruntamen ab illis deſiderabaris, quanti igitur tanti Principis pruden tia æſtimanda eſt, eo maxime, cum in aduerſis fortunæ caſibus tolerantiam & in proſperis rebus temperan= tiam monſtraſti, itaque populus Venetus optimum te eſſe Principem dicit, quia eruditos amas, & illis hoſtis es qui continue delirant, Quod perpetuæ memoriæ mandare curaui, Io. Calderiæ magni Philoſophi præſcri bens Concordantiis Poetarum Philoſophorum & Theo logorum, a me nunc primum illuſtratis & recognitis tantoque Principi deſtinatis in memoriam ſeruitutis, quare iã ueniens ad finẽ ſermonis, præcor Deum ut in cor tanti Principis inſpiret illud quod & pacis & ſa= lutis tui populi eſſe poſsit, & ut bonum conſultorem & legum conditorem Senatus Venetus hactenus te no= uit, ita poſt hac optimum conſeruatorem huius imperii poſsit cognoſcere, propterea cum nouerim R B M P V B L I C A M, *Senatum, & ipſos Senatores, tanto Principi eſſe cordi, Ciues tantum & præcipue eruditos cum uniuerſo populo eius commendo uirtuti.*

Ex Tugurio Blondi.

AD LECTOREM.

PARCES *Erroribus candidæ lector occurrentibus, quos etiam per paucos inuenies, nam eductum eſt Opus in lucem, ab exemplari difficillimæ lectionis, ad communem Chriſti fidelium utilitatem.*

DE CONCORDANTIA POETARVM, PHIloſophorum, et theologorum Ioannis Calderiæ:

PROHEMIVM.

In quo monſtratur, Deum a Poetis, Philoſophis, & Theologis præcognitum fuiſſe.

MVLTI *huius ætatis homines præclari & maxime qui Deum ſumma religione uenerantur admirare plurimum ſolent ꝙ primi philoſophantes, qui deorum & hominum mores uenuſta quadam poeſi tradiderunt tales deos arbitrarent quales nos ab omni diuinitate alienos prorſus iudicamus. In Deo quidem iuxta ſtoycorum et peripateticorum ſententiam omnis boni & ueri ratio reperitur quæ in res multiplicatur extrinſecas ſecundum ꝙ boni & ueri rationem ſuſcipere poſſunt, proptera omnibus hominibus inſitam ueri perfectam cognitionem et boni perfectam dilectionem uoluerunt. Sed ueteres illi Vates minus docti atq; inculti Deos uenerabãtur qui et homines fallere & a bonis moribus abducere frequenter ſolebant, Tales quidam ritus patiebãtur qui nõ modo dijs ſed neq; hominibus pro dignitate atq; hominũ præſtantia conuenirent. Quare dilectiſsima filia, ſi poetarum ſi primorum philoſophorum mores ac doctrinam negli-*

gis abhorres atq; frequentius culpare ſoleas miſeriā profecto admiror, quoniam omnes tibi mores diuiniſſimi ſunt, Ita Chriſti præclaris inſtitutionibus uerſaris. Ita diuiniſſime uirginis uitam admiraris, ut omnes homines qui hæc longius imitantur & a religione & ab hominum dignitate alienos facis. Sed obſecro hoc tibi aliter perſuaſum uellis, nam omnes homines immo res omnes inſitam diuinitatem habent quamuis tū res diuinas pleriq; falſa cognitione ferantur. Conſtat enim unam eſſe cauſam & quidem primam in qua omnis cauſandi perfectiſſima ratio continetur ab ea uero eſſe, uita, cognitio, intellectio, appetitus ſiue amor, & cæteræ perfectiones in rebus a primo cauſante diſtantibus multiplicantur. Quanto igitur ſpirituales illæ formæ diuinitus productæ et natura & dignitate priores ſunt tanto hæc perfectius ſuſcipiunt atq; continent. Ideo prima intelligentia eſſendi rationem accepit a qua tamen uitæ & intelligendi ratio non excluditur, ſecunda uero uitæ rationem accepit, continet tertia intelligendi, quales igitur a prima & utiliſſima cauſa perfectiores acceperunt tales cæteris inferioribus cōmunicant et tribuūt. Ideo eſſe Dei a Deo multiplicatur. ſimiliter uita cognitio intellectio et amor ſuæ tamen cauſalitatis uim omnem in rebus cauſatis ſignificantes. Omnium igitur rerum perfectiones a Deo ſunt, quæ ſi ab hominibus et cæteris entibus ſubriperentur prorſus deſinerent, eſſe igitur noſtrum diuinum eſſet, ſimiliter uita cognitio & amor a Deo ſunt quæ tamen in cæteris entibus ſecundum perfectionem illorum continentur quoniam omnis perfectio ſecundum

diſpoſitionem paßi ſuſcipitur et ſuæ perfectionis cauſam ſignificat atq; demonſtrat in quã res omnis naturali cognitione & amore ducitur, primæui itaq; homines effectus multos a natura productos conſpiciebant eorum tamen cauſas ignorabant quidam poſtea philoſophantes rerum primas cauſas ſtudiſius animaduertentes ignem quidam, aerem nonnulli, aquam alij, terrã et quidã plura elementa componentes rerum omninm principium oppinabantur, quare poetæ illorum doctrinam imitantes rationem diuerſitatis primis elementis tribuerunt, & quoſdam diuinos homines arbitrabantur qui cæteros ingenio uirtute doctrina ſuperabant. Verumtamen præter hoc inſitum cognitionis genus eſt alius modus quo diuinum lumen mentibus noſtris infunditur ut res futuras intueamur ſicut prophetæ et uetuſtißime quædam Sibile quæ deorum & hominum res a ſua ætate diſtantißimas preſciebant. Hæ aduentum magni Dei & ſpem futuri ſceculi quibuſdã parabolis & umbrata quadam doctrina prædicabant, poſtea uero nobis literis tradiderũt cum autem Dei filius carnem accepiſſet humanam & occultam diuinitatem ſub humanitatis uelamine tueretur ut paßionis miſteriam omnẽ perficeret et humanum genus perditnm redimeret. Ideo multa Chriſti eruditione accepimus quæ diuinißimarum rerum & maxime occultarum cognitionem tribuerunt quia intellectus humanus a Dei perfectione diſtantißimus neq; primam cauſam neq; ſeparatas formas intelligere potuiſſet. Ideo præclaris quibuſdam exẽplis & aliquando prophetarũ more & aliquando miraculis Diuinitatem omnem pro-

fitebatur. Sua præterea doctrina Patris & Filij & Sancti Spiritus, omnem rationem accepimus. Cum uero animæ a corporibus ſeparabuntur gloriam promeruemus æternum Deum profecto conſpiciemus intuitu quo principium præteritorum ac futurorum diſtincte rationes cognoſcemus, nam omnia quæ amatores fidei accipiunt in prima certa Dei intuitione cõmitabuntur. Quatuor igitur communicationum genera diuiſimus, quibus res diuinas inuenire homines poſſunt.

De ſupraſcrip. quas gentiles Deo tribuerunt. Cap. II.

ATHENIENSES cum moribus ac legibus inſtruere ciues cuperent quibus totius orbis: Imperium aſſequerentur ex omni ordine ac profeſſione conuenire præſtantiſſimos homines uoluerunt, ut quibus laudibus qua ſupraſcriptione maximum Deorum extollere deberent reipublicæ ſignificarent, huius tam præclari collegij quiſq; pro ingenij uiribus rationes adducebat nam ciues pecunioſi Deum diuitiarum prædicabant. Hijs quidem reſpublica tuetur, & augetur, res enim quæq; publica dijs morem gerit, præterea cauſa prima ueterum philoſophantium auctoritate eſt diues primum. Sed cæteri omnes horum ſententiam impugnabant, quia multi propter diuitias perierunt & res puplicæ, maxime quandoq; propter abuſum diuitiarũ ſubuertuntur. Milites autem qui rem publicam uiribus ciuiũ diſciplina et militari auctam nouerant Deum potentiæ prædicabant. Iſtis

tamen cæteri omnes uehementius contradicebant quia etiam multi propter fortitudinem perierunt, ſermo ciuiũ ualitudo ſæpenumero in re publica ſeditiones pariter deinde ſeniores quidam dignitatem literarum & præſtantiam bonarum artium animmaduertentes Deum ſapientie prædicabant quia ſapientiam ex Iouis Cerebro exortam uoluerunt nam pacis & belli temporibus, reſpublicæ ſapientia ciuium melius gubernantur & populo res publicas beatas eſſe uoluit, ſi a ſapientibus regerẽtur, horum tamen dignitati ac præſtantiæ plurimum aduerſantur quia nunq̃ conſilium domi prodeſſet niſi armis & diuitijs reſpublica tueretur. Multi præterea eruditi homines & humanas & diuinas inſtitutiones ſuppeditant ultimo ſenior quidam qui etiam Deorum mores ſtudioſius nouerat et quo pacto dij conferre hominibus plerunq; ſoleant maximum Deorum alatum oppinabatur & dextræ alæ inſcripſerat promitto. Siniſtræ expecto, prope cor remitto ſupraſcriptio Deus clementiæ. Si moraliter hæc expoſuerimus omnes qui rebus publicis præſunt ſimiles dijs. Iudicamus alas habere dicunt, ut egentibus atq; oppreſſis cito deferre ſuffragia poſſint; Sed dextera pietatis ac liberalitatis promittere imo habunde ſatisfacere, ſiniſtra furoris & iræ uindictam longius exſpectare. In corde autem teneatur prima beneficiorum & iniuriarum obliuio. Principes qui præclaras has uirtutes habuerint nomen clementiæ ſibi merito uindicabunt. Spiritualis expoſitio ſi ad Deum noſtrum hæc omnia referamus, alas, hic cum ad nos frequenter redeat & noſtris de meritis abeat, nam quotiencunq; ip

ſum inuocauerimus uelociter exaudiet nos, alas patefecit in ſua paßione cum ad extrema crucis manus extenderat dextera caritatis & pietatis pœnitentibus gloriam paradiſi promittit quia latroni hodie mecum eris in paradiſo. Siniſtra conuerſionem peccatorum exſpectat q. ſi Dei iuſtitiã neglexerimus a gloria paradiſi excidimus, corde autem remittit quia ex Chriſti latere fluxerunt ſanguis & aqua per aquam peccatorum crimina mundauit, & per ſanguinem ad gratiam reuocauit quia lauarunt ſtolas in ſanguine agni non ſolum igitur crimina peccantium lauit, ſed omnem naturam humanam perfectiorem reddit. Is ergo clementißimus Deus cuius miſericordia tuemur & ad perpetuam gloriam ducimur.

De miſterio trinitatis quòd antiqui obſcura poeſi tradiderunt. Cap. III.

QVAMVIS *gentiles a Poetis, Iudei, a Prophetis, et Chriſtiani ſanctorum teſtimonio indiuiduæ trinitatis miſteriũ accepiſſent, quia tamen ab hominũ cognitione diſtantißimum. Ideo quibuſdam obſcurius, quibuſdam minus, quibuſdam aperto ſermone incerta tamen cognitione, ſed per paucis clara intutione ſignificatur gentiles ergo a diuinarũ perſonarum trinitate in cognoſcendo diſtantißimi ueluti nube interpoſita eroſ ori in qua diuini luminis parum infulget tenuem illum trinitatis ſplendorem inſpiciunt. Sed Iudei ultra nubem*

diuinitatem conſpiciunt perſonas tamen diuinas non diſtingunt; Chriaſtiani uero in medio nubis continentur quare diuinitatem et perſonas diſtingunt. Sed eroſior iſta caligo quia debilitas naturalis cogntionis niſi diuino lumine penitus emundetur tam ſublime miſterium et a perfectione intellectus humani diſtantiſſimum intueri clare non poteſt. Quidam uero diuinitati propinquiſſimi nubem poſtergarunt ſicut exiſtentes in patria diuinitatem et omne miſterium trinitatis clare conſpiciunt et omnia quæ ſide tenemus certa cognitione intuentur. Ariſtotiles ergo, qui falſa poetarum doctrina ad corporis et animæ mortem pariter ducebant. Iouem ardentius adamare Tetidem ſed a protheo coniugium prohibetur quoniam ſi Iupiter Tetidi cōiungeretur regno priuaretur, ſed Tetis uinculo coniugali tradita eſt Peleo. Ex quibus natus eſt homo mixtorum quidem omnium perfectiſſimum. Ad has nuptias et dij et Deæ omnes pariter conuenerunt præter Deam Diſcordiæ quam nulli dij ad eſſe uoluerūt. Cum autem in eadē menſa Palas Iuno et Venus diſcumberent Dea litis et diſcordiarum grauius ferrens ꝙ nuptijs non intereſſet pomum aureum mirabili et inſolita compoſitione formatum menſe Dearum iniecit in quo hæc ſupraſcriptio cōtinebatur, pulcriori detur Palas iure optimo ſibi pomum deferri putabat cum ex Iouis maximi Cerebro ſe ortam diceret et ſua præſtantia dijs omnibus imperaret, ſed quia Iuno diuitiarum domina et omnibus mūdi principibus præeſt plus ſibi iuris uēdicabat, Venus autem ſe pulchritudinis Deam prædicabat neq; pulchrū aliquid niſi a Venere formā et decorē.

Cum et inter has tres Deas diſcordia exorta eſſet cui pomum deferri debeat, Iouem conſuluerunt quæ ipſarum pulchrior diceretur ſed Iupiter hanc proferre ſententiam noluit quia palas primogenita et cæterorum Deorum mater, ſed Iuno ſibi ſoror et cõiũx et Venus poſtrema, Iouis filia diceretur, Mercurius has tres Deas ad paridem conduxit nam taurorum et aliorum animalium pugnantium, iuſtas ferret ſentenias ſolebat Palas ut pomum facilius aſſequeretur omnem paridi ſapientiam policetur, ſed Iuno maximas diuitiarum copias, et Venus totius gretiæ pulubriorem mulierẽ, Paris cum has nudas ſumma cum diligentia conſpexiſſet pro Venere ſententiam tulit ſibiq; pomum aureum adiudicauit. Moralis ſignificatio poetarum per Tetim Deam aquarũ nimpham crediderunt, per Iouem ignem qui ſi aquæ cõiungeretur uim omnem perderet, quare regno priuaretur quia circa naturalia locantur ſecundum merita formarum cauſalium, Tetis ergo Peleo copulatur quem interpretatione græcorum lutum dicimus, Si ergo ex Peleo et Tetide homo generatur quem mixtorũ omniũ perfectiſſimũ in noſtris naturalibus libris diffiniuimus neceſſe ut in fluxus multi et multæ cœlerum ordinationes pro hominis generatione conueniant, quia ſolet homo perypateticorum ſententia hominem generat, ꝙ ſi cœli diſpoſitiones diſcutiant non poſſet mixtum perfectum ſicut homo generari propterea ſupracelleſtes dij qui pro generatione conueniunt diſcordiam non admiſeruut quia generationẽ prohiberẽt Poſtea uero ꝙ homo naſcitur et illi tempus cognitionis aduenit tres Deæ, quia tres uiuendi modi hominibus

nibus

nibus efferũtur Vnus quo Paladẽ quia ſapientiã pſequimur. Alter quia diuitias Iunonẽ quia et dignitates ſummopere curamus, Tertius quo Venerem nã ad omne genus uoluptatis facile compellimur. Iouem quia Deum conſulimus quo pacto tres Deas proſequi debemus Deus iudicium terræ recuſat cum hominibus intellectum tribuit in quo perfecta diſcretio & recta electio continetur. Nam pro meritis & demeritis homines præmia ſiue ſupplicia ferunt, quare homo ſuæ uitæ ignarus iudicium rationis omittit & ſubiectum electionis proſequitur Venerem amplectens quæ uoluptuoſa omnia pollicetur, ſed longis laboribus uigilijs & abſtinentijs ſapientiam Paladis imitamur et maximis periculis anxietatibus copias Iunonis proſequimur. Alia moralis expoſitio per Tetim humores corporis intelligimus per Peleũ hoĩs carnẽ per Iouem animam quæ partes corporis componit & format, per has tres Deas tria doctrinarum genera eſſe in quibus homines uerſantur, nam quidã ſpeculãtibus ſcientijs ingenium omnẽ conferrunt, quidam practicis, & quidam artibus operandi, ſtoici omnem fœlicitatem & uirtutis perfectionem in habitu intellectuali tantummodo poſuerunt, hij quidem uirtutem et fœlicitatem modo et cogitatione ſolummodo proſequuntur, etiã chriſtianiſſimi quidam homines Deum & gloriam futuri ſeculi animo & cogitatione ſpeculationibus proſequuntur, ſed peripatetici ad uirtutẽ & fœlicitatem principalius operatione quàm habitu peruenerunt. &c. Quoniam agonizantes coronantur & non qui habitum uirtutis habent, quorum doctrinam chriſtianiſſimi qui-

B

dam mutant non ſolummodo orationibus ſed operibus Chriſtum imitantes, tertio philoſophorum ſecta longius a ueritate ſecedit, quia animam humanam corruptibilem facit & omnia præfert quæ ad corporis uoluptatē accedunt Venerē dignificantes, ſed peripateticos imitantes, Iunonem præferrunt & ſtoicos imitantes Paladem omnibus anteponunt. Spiritualis & chriſtiana interpretatio per Proteum Deum patrem intelligimus, per Iouem Chriſtum, per Peleum populum chriſtianum, per Tetim ſanctam eccleſiam catholicam quam Chriſtus uehementer adamauit, non tamen illi corporaliter, ſed ſpiritualiter & ſacramentaliter coniunctus manet, ſi enim corporaliter nobiſcum ſemper manſiſſet non noſtris, ſed Chriſti meritis ſalui facti eſſemus, per has tres Deas, tres uirtutes Theologicas intelligimus, per Iunonem Deam potentiæ, in cognitionem potentiæ Patris, per uirtutem fidei deuenimus, quia potentia Patri attribuitur, & Sancti per fidem regna Paradiſi uiſerunt, & omnipotentiam Dei Patris intellexerunt, quia Paladem Dei ſapientiā, & ueram ſpem intelligimus, nam ſapientia de ſe ipſa loquitur. Ego autem pulchræ dilectionis timoris, & ſanctæ ſpei, per ſpem ad ſapientiam filij ducimur & generationem in diuinis cognoſcimus. Sapientia enim filio attribuitur, per Venerem Deam amoris intelligimus caritatem quæ mentibus noſtris emanationem Sancti Spiritus manifeſtat, nam ſibi uoluntas attribuitur in qua ratio perfecti amoris continetur, hæ igitur tres Deæ ad æternum conuiuium inuitant, ubi nulla diſcordia nulla lis eſſe poteſt, quia ſancti ſola pace fruun

tur, ſed Diabolus diſcordiarum Deus cum a diuino con ſortio excluderetur Adam parentem noſtrum a mandatis Dei peruertit Propterea opus fuit, ut pomum aureum mirabili artificio fabricatum quia Deum hominem factum in medio Dearum proiceretur, quo pomo Deus omnes intellectus humanus pro ipſarum excellentia benemeritas iudicauit, ſed quia altera præferri iure debet Ideo incurrit, quia intellectus humanus ſonora fiſtula quia ſapientis lingua dubiam pro dignitate Dearum ſententiam ferт, Ideo illas ad Paridē conduxit quia ad Apoſtolum Paulum, ut de pulchriore ſententiā feret qui cū eas nudas, & ſine ullo uelamine intueretur pro caritate ſententiam tulit cunq; eam antepoſuiſſet ſibi pomum aureum adiudicauit quia omnium maior eſt caritas, Rationem igitur preceptorum omnium per dilectionem Dei et proximi magis imitamur, quia ſuper hijs duobus lex Chriſti, & prophetarum omnium fundatur, quare ſi potenias animæ cōperuerimus in uoluntate caritas in intellectu fides in memoria ſpes locatur, et quia perfectionem potentiarum a perfectione obiectorum cognoſcimus Ideo primo uoluntatem ſecundo intellectum ultimo memoriam præferemus hæc tamen omnia ſtudioſius animaduertetis.

De ſupplicijs eorum qui a Dei præceptis & inſtitionibus habeunt. Cap. IIII.

ROMANI cum omnibus mundi regionibus imperarent, et modum obſeruationis Deorum inſtituiſſent Ciuibus præterea ſocijs et amicis reipublice leges ac mores impoſuiſſent templum fieri uoluerunt, in cuius medio Deũ pacis locauerunt et in circuitu poſuerũt ſeptuaginta duas imagines ſecundum numerum Prouinciauum, quas Romani ſuppoſuerãt Imperio cuiq; imagini nomẽ regionis inſcripſerãt quã imago illa ſignificabat et capiti paruam campanam alligauerant ut imago illa ſi faciem à Dea pacis auerteret quam ante recto conſpiciebat intuitu cuſtodibus tẽpli et præſulibus reipublice ſignificaretur quæ Prouincia ab Imperio Romanorum diuertiſſet quòd ſi Prouincia illa parum delinquiſſet ac reipublicæ facile reſtitui deberet exercitum traſmittebant cum uexillo aureo quòd ſupra nouam et rectam lanceam deportabant. Si uero Prouincia grauius deliquiſſet, ut pro magnitudine ſceleris inferre maius ſupplicium uellent uexillum rubeum ſanguinolentum geſtabant cum Romanorum ſupraſcriptione ut intelligeret quale ſupplicium pro ipſorum ſcelere eſſet habitura, ſed ante templũ amoris et beniuolentiæ Deum hoc modo formauerant, nouerãt enim quòd ſi omnes eſſent amici nulla iuſtitia indigeremus, hic Deus aſpectu Iuuenis et pulcer apparebat cuius caput et facies erant diſcoperta, et pedes nudos habebat, ſed relique corporis partes indumento uiridi tegebãtur in fronte inſcripſerãt hiems et æſtas, in corde ꝙ aperto latere uidebatur prope et longe et in extremi-

tate ueſtis mors et uita, propterea, Iuuenis apparebat quia uerus amor ſeneſcere nunq̃ debet. Capite diſcoperto & facie quia inter amicos latere nihil debet neq; uis amoris diu ſeruari poteſt occulta, pulcer quia uero amore formoſum ac Decorum magis, pedes habet nudos quia omnes affectus amicorum debent amoueri, neq; lucri, neq; uoluptatis gratia uis amicorum continetur. ſed uirtute optima debent amici perpetuo fœdere copulari pars tamen quædam corporis ueſtimento tegebatur quia amicorum quædam ſi tegerẽtur amicitia frequenter uileſceret, in fronte autem inſcripſerant hiems & æſtas non enim per aduerſitatem uel proſperitatẽ uis amantiũ amouetur. In corde longe & prope quia diſtantes & propinquos amicos diligimus, in extremis ueſtium mors & uita, quia uinculum amoris, neq; uita, neq; morte ſeparatur Vim & amoris rationem deſcripſimus, quia pace quælibet ab eo ſeruantur & augẽtur. Moralis expoſitio per templum mundũ immo Ciuitatem & domum omnem intelligimus, per idolum quòd in medio templi locatur Pontificem maximum uel Imperatorem quorum ſapientia mundus gubernatur, ſtatuæ uero erectæ quæ faciem Dei conſpiciunt ſunt cæteri Principes qui fide negligentia ſe obſequioſos præbent, quòd ſi negligentia uel perfidia a præceptis iuſte imperantium faciem auerterint, tunc pulſat campana, quia publicum dedecus incurrunt, quare ab hominibus criminantur, quæ ideo capiti alligatur ut animaduertant quantum propter auerſionem dedecoris patiantur, cum in capite omnis perfecta intelligendi ratio continetur, quòd ſi delictum fue-

rit ſpirituale ad ſummum Pontificem talis ſpectat correctio. Si uero parum quis deliquerit miſericordia ductus ſecundum peccantis demerita pœnitentiam infert quare uexillo aureo quia manifeſtis pietatis & miſericordiæ ſignis, ſupra rectam & nouam lanceam quia ſupra iuſtitiæ rectitudinem nouam propter inconſuetudinem delictorum pœnitentiam infert & delinquentes punit, quòd ſi grauius delinquerint excommunicatione et regiminis præuaricatione puniantur ſiue plectantur, quòd ſi ad Imperatorem correctio ſpectabit. Iure ſuo pœnitentiam infert, nam duo tantum Principes præeſſe orbi dignitate deberent ut alter ſpiritualium, alter temporalium curam haberet. Sicut neceſſitatem unius Dei mundum regentis oſtendimus. Similiter inferiori mundo præeſſe unus Princeps, ſiue Monarcha deberet, & Ciuitati Princeps unus & domui, unus paterfamilias, quia multitudo Principum mala, nam qui præſunt ueluti forma quædam ſunt quibus autem præſunt ueluti materia ſed uiuentia omnia, & uita carentia una forma conſiſtũt plures enim formæ in eodem mixto uel ſimplici elemento eorum actiones Impedirent. Ciues etiam curas & cogitationes omnes in rempublicam conferunt q, ſi a dignitate et utilitate reipublicæ faciem auerterint, grauiore aut minus graui ſupplicio punirentur manifeſtis, aut occultis ſupplicijs, ſecundum inſtitutiones et leges, et aliquando ſecundum Imperium uoluntatis, domui etiam præeſſe unus debet. Sed quia multa extrinſecus a muliere ſtudioſius pertractentur omnia tamen in uirum principalius efferantur et quia Yconomia eſt ſicut parua

Ciuitas. Ideo de meritis uel promeritis præmia uel ſupplicia tribuuntur. Spiritualis et diuina expoſitio per templum mundum hunc intelligimus quem Poetæ Iouis templum diffiniunt per Idolum in medio templi Deum optimum maximum , Nam Ioannes in Apocalipſi uidimus Agnum ſtantem in medio ſanctorum et philoſophi omnes in medio Cœli ſupereminentem Dei poteſtatem locauerunt quæ ſecundum neceſſitatem et dignitatem diſtantium et propinquarum partium multiplicatur et rebus cauſatis infunditur per ſtatuas rectas quæ ad Idolum faciem conuertunt huius ſeculi homines intelligimus qui recta intentione Deum conſpiciunt uitã ſanctorum et inſtitutiones eccleſiæ imitantes, quam teſtante Propheta Beatus uir qui in lege eius meditabitur die ac nocte, quòd ſi faciem uel cæteras corporis partes a Deo auerterint pro magnitudine ſceleris ſupplicium ferunt. Et quia pars quælibet noſtri corporis ad ſpirituales animæ partes correſpondentiam habent. Ideo corde ore et opere in Deum ſit omnis conuerſio, per auerſionem ſonat campana quia dicit Propheta, ſi obliti fuerimus nominis Dei noſtri, et ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum , non ne Deus requiret iſta? Ipſe, enim nouit abſcõdita cordis quia ergo peccatum ſecundum Auguſtinum eſt auerſio ab incommutabili bono . Ideo ſoli Deo peccauimus, et malum coram ipſo fecimus, propterea dicit Seneca. Ita cum hominibus, uiuas tanquàm Deus uideatur, quia omnia fiunt in conſpectu Iudicis cuncta cernentis . Conſtat autem quòd in morte Abel. dixit Dominus ad Caim, uox fratris tui de terra clamat ad me, quia de maxima et pro

ſunda obſtinatione ac nequitia cordis tui, quòd ſi per in-
continentiam, uel alio quouis faciliori ſcelere delinque-
rimus uexillo aureo ſupra lancea noua erecto nos pu-
nit, quia facile pena nos corripuit recto tamen iudicio
nouum ſupplicij genus infert quia diuitiæ pereunt, et ali
quando nos uel filij grauiori morbo ſiue morte tenemur
et quandoq; honore et amicorum gratia minuimur. Quòd
ſi grauius delinquerimus uexillo rubeo atq; ſanguineo
tanquàm furioſus ſecunda et perpetua morte reos da-
mnat, Imo nos peccatorum noſtrorum conſcij magnitudi-
nem penæ pro magnitudine peccataorũ metimur q̃ præ-
clarus ille uates Dantes cuius omnem comediam cum ma
xima omnium admiratione memoria tenens ornatiſſimæ
cõſcripſit cũ Minoym inuictiſſimũ regem prope lares in
ferni ſcelera punientẽ locauerit, nam minos ideſt propria
hominis conſcientia ſecundum multitudinem et magnitu-
dinem ſcelerum maioris aut minoris ſupplicij, et locum
et ſibi penam inſtituit.

De laudibus et meritis ſapientiæ. Cap. V.

PALADEM Mineruam ſiue
Tritemiã, ex Iouis Cerebro primo ge
nitã ſapientes Libiæ ac Græcie præ-
clarã iuuenibus rationẽ tradiderunt.
nam ipſam ueluti mulierem quadam
armatam exiſtimabant quæ omnia
belicoſa arma deferret cum pacis ac bellorum rationes
primum adinueniſſet quia galeam habet ferream in ſi-
litudinem

militudinem Pilei qua caput tegebatur totum facies tñ omnis diſcoperta ſeruabatur, quam ſi homines oculis clare intuerentur mirabilem illis amorem induceret, Galea præterea idra quadam circũducebatur ſupra Galeam eminentem criſtam deferebat uarijs coloribus ornatã, thoracẽ habebat mirabili artificio expolitam ut quaſi nullus intuitus in eã figeretur. Sed pars thoracis inuerſa, quia nulla fuerat arte culta uiridis apparebat, lorica manu puriſſimi auri erat contexta, dextera manu lanceam tenebat cuius aſta rectiſſima ferrum triangulare & ita ſplẽdens acutiſſimum. Siniſtra ſcriptum criſtallinum diafanum triangulare, & ita dyafanum ut Paladis ymago ultra ſcriptũ uideretur, ocreæ ſplẽdẽtes quæ pedibus aureis tribulis aligabantur, facies autẽtem ipſius Deæ pulcra decora & aſpectu uirgineo & iuuenis apparebat & oculi ueluti ſidera quædam fulgẽtia quos intueri nemo poterat, ſed in pectore Gorgonis ymaginem habebat quæ omnibus aſpicientibus terrorem præſtabat, Paladi oliuam conſecrauerant & arces quibus Ciuitates omnes et caſtra tuẽtur. Mœnia & muros Neptuno, Iunoni portus numerum etiam ſeptenarium ſibi ſacrauerant & noctuam pro cuſtodia dederant, hanc Deam præterea uehementius admirabantur quoniam ad cœlos aſcendere & aliquando ad loca Libiæ deſcendere uidebatur. Moralis expoſitio Palas noua interpretatur quia ſapientia nunquàm ſeneſcit, quæ cum Gigante quodam iuxta Tritonie fluuium acriter decertaret lancea eum ſuperauit, quia ſtultitiam in luto; ergo & ſubita morte proſtrauit, ſed ideo

Minerua dicitur quia immortalis uel quia Mineruam ymitantes & neruos & omnes membrorum uires mi nuunt ideo tritoniam, quia cantoris cantilenarũ & ani marum clare ſententiam tradit, nam ſapientes Libiæ Paladem aliquando ad celos aſcendere, & aliquando deſcendere intuebantur tritoniam, quia admirabilem prædicabant ſuper cœleſtia enim & quæ infra cœlos continentur per ſapientiam comprendimus, cum au tem ſapientes Libiæ bonarum artium ſtudia deſeruiſ ſet in Græciam ſe contulit, poſtea uere ad Italiam tran fretauit quæ cum ex multis & præclaris Ciuitatibus Italiæ tanquàm inſidioſa cauiuibus pelleretur ad Ciui tatẽ noſtram optimarum diſciplinarum ſemper alumnã Ciuis aduenit perpetuo Venetijs domicilium habitura eam præterea uirginem uoluerunt, quia uiolare a ne mine unquàm potuit quòd etiã iuuenis & pulcra, quia philoſophantium ſtudio & iunior & pulcra magis ap paret: Quòd uero ex ſuprema Iouis Cerebri par te naſceretur, quia maximum & ſuperexcellens Deo rum & hominum munus iudicatur, nam ex traditio ne gentilium ſapiẽtia in uirtute extimatiua continetur quæ in media & ſuprema Cerebri parte locatur, ideo Galeã fert ut in capite ſapientis fortius & melius tuea tur, quòd autem Idra circundetur, nam ſapientia & uir tus quælibet per prudentiam gubernatur, Quia phi loſophia etiam ſi modoſte tenetur inuidioſa eſt, criſtam eminentem habet uarijs coloribus ornatam, quia ſu pereminentem ſapientiam omnes admirãtur & diuerſi mode a Poetis Philoſophis & cæteris traditur dextera

manu lanceam fert ut forti & acuta ratione falſas errantium opiniones infringeret. ſapiens ergo rectas, nõ autem tortuoſas rationes adducit ferreas, quia fortes, triangulare propter tria genera argumẽtationum, quia ſyllogiſmo entimemate et exẽplo, uel propter tria genera ſillogiſmorũ, quia mõſtratur demoſtratione probabili et falſigrapho quibus errãtiũ opiniões repellimus, Logica enim quia ſcientia communis cæteris omnibus diſciplinis arguendi & reſpondendi modos ad inuenit uel triangulare propter tres philoſophiæ partes moralem, naturalem, & metaphiſicalem, in quibus omnis ſapientiæ ratio conſiſtit, et ſplendet, loricam fortem & ſplendentem habet, ut pacis & belli rationes, quæ in ſapientis pectore continentur fortius tueantur, quælibet præterea diſciplina expolita, & præclara ab ipſius profeſſoribus traditur, multæ etiam ſapientiæ partes ſunt nobis occultæ, quæ nihil ſplendoris habẽt quas nemo exornauit, loricam habet ex manu puriſſimi auri, quia res omnes inter ſe, & ſcientia quælibet occultum conuexionis modum habet, quia ſciẽtiæ a rebus de quibus ſunt originem acceperunt, pedes enim ſplendentibus armis tuentur, quia ſapiens ſi uoluptates proſequatur, ſi curam & labores ſtudiorũ aliquando neglexerit ſplẽdore quodam circũdatur & aureis fibulis quia puriſſima uirtute ligantur, ne dignitas & ſapientis ſplendor deficiat. In pectore Gorgonis caput deferebat quia ſapientia nonmodo admirationem ſed omnibus terrorem affert, quòd autem oculos ueluti ſidera ſplendentia habebat, quia proſpera & aduerſa longius in-

tuetur & illis ſplendorẽ afert, oliua Paladi conſecratur, quia pacis fructifẽrã rõnẽ edocuit arces etiã Paladi conſecrantur, quia turres maximo artificio pro tuendis urbibus conſtruuntur. Muri autẽ Neptuno conſecrantur, quia in aqua principaliter fundantur & portus Iunoni, quia mercaturæ cum in portu recipiuntur maxima Ciuitatibus præſidia ferruntur, numerus etiã ſeptenarius ſibi conſecratur, quia ſolis unitatibus integratur nullas habens partes aliquotas ex quibus componatur & noctuam tanquàm illius cuſtodem inſtituerunt, quia in tenebris magnus ſapientiæ ſplendor apparet, uel quia inter ignaros quàm maxime homines ſapientes ſplendent, Spiritualis interpretratio per Paladem ſapientis hominis uitam intelligimus, & quia omnis mundana ſapientia naſcitur a diuina. Ideo dei ſapientia loquitur. Ego ex ore altiſſimi prodij, & Eccleſiaſtes primo, ſapientia a Domino Deo eſt. Noua interpretatur, quia continuo nouus ſplendor mentibus ſapientum inducitur & Ideo Minerua, quia immortalis, nam immortalis Dei ſupremum munus exiſtit ymmo mortales homines per ſapientiam immortales fiunt Minerua etiam dicitur, quia neruorum uires minuit quibus uoluptates proſequimur. Tritonia uero, quia trium diuinarum perſonarum nobis cognitionem tradit, quare ſi ſapientibus Libiæ admirari aliquando licebat, quòd mundana ſapientia cœlos aſcendiſſet & poſtea deſcendiſſet, quanto magis Chriſtianis admirari licet hominibus, quòd Chriſtus natura ſapientia diuina manifeſte deſcendiſſe, poſtea hominibus cohabitare demum

aſcendiſſe uiſus ſit, quòd autem aſpectu uirgineo iuuenis & pulcra ſemper apparet uirgo, quia uiolari a nemine unquàm potuit. Cũ præterea ſit maximi Iouis, quia maximi Dei filia copulari nemini legitime conueniret iuuenis, quia ex tempore alterationem non patitur. hæc ergo mentibus hominum infunditur, & ſicut lumen lumini additur ergo mentibus hominum pulcra, quia omnis in ea decoris & pulcritudinis ratio continetur, q autem oculos ſplendentes habet, quia omnia quæ a ſapiente uidentur ſplendorem accipiunt, & clara ſiunt dextero tamen oculo diuina ſpeculamur. Siniſtro quæ Dei & hominis ſunt operamur uel dextero ſpeculatiuarum diſciplinarum rationes inquirims, & ſiniſtro practicarum, hæc præterea multiplicem, armaturam habet Galeam ſobrietatæ & temperatis, & ideo uirtuoſa circuudatur, quia prudentia & ſingulari circunſpectione regulatur. Non enim ſolum uirtutes morales, ſed etiam theologicæ maxima prudentia regũtur. Criſtam habet claritatis & ſuperexcellentæ plures habens colores, quia diuerſimode a ſapientibus exornatur dextera manu lanceam tenet rectitudinis & iuſtitiæ per quam menſuramus altitudinem latitudinẽ & profunditatem Dei, extremitas lanceæ habet ferrum ſplendens triangulare acutum, ideo ferrum ſplendens, quia fortis & ſplendens debet eſſe ratio ſapientis. Acutum triangulare ut impugnet peccata, corde ore et opere, Siniſtra ſcutum tenet fortitudinis & patientiæ criſtallinum per mentis ſoliditatẽ ſplendens, quia multis uirtutibus iradiatur, quòd tamen cum fortius intuemur

omnem Paladem ultra ſcutum conſpicimus triangulare ut triplicia infortuniorũ genera forti animo repellamus, quia in perſona habemus, & diuitijs in quibus frequẽter opprimimur, thoracem ſplẽdentẽ habet arte mirabili expollitam, quia claram & manifeſtam fidem uita & moribus Chriſti, & ſanctorum omnium elaboratam, ſed inuerſa & interior thoracis pars nulla arte elaborata uiridis apparet, quia omnes homines inſitam ſpem & uirentem habent, lorica uero maleas habet aureas propter caritatem puram quam ad Deum et homines gerimus. Ideo connexiones multas habet, quia uario modo ac diſtinctis gradibus amore & caritate cõplectimur, in pectore ſupra loricam habet caput Gorgonis, quia mortis imaginem, quæ monſtrum horrendum omnibus hominibus apparet, Sed in corde habet timorem Dei per quem omnis timor amouetur, nam philoſophantes quidam uoluerunt, quòd philoſophia eſſet continua mortis meditatio pedes uero ſplendentibus ocreis teguntur, quia omnes affectus ſapientum debent eſſe occulti & ſplendore aliquo uelari & aureis fibulis alligantur, quia puriſsimis uirtutibus uoluptuoſe paſsiones continentur dextero tamen pede diuitiarum & hominum cupiditates repellunt, & ſiniſtro qui cordi opponitur uitam confirmat & ſtabilem in Deum facit, Paladi oliua conſecratur pacis et uictoriæ ſignum ſapiens enim mundi diſcrimina ſuperauit et pacem eternam promeruit, Illi præterea ſeptenarius numerus conſecratur, quia ſeptem donis Spiritus Sancti ſapientum mentes illuſtrantur noctua ſibi ad cuſtodiam deſigna-

tur, quia in occulto ſcilicet corde omnis ſapientia continetur, uel quia ad occulta loca ſe homines conferunt ut ſapientiæ intẽdãt. Turres et oẽs arces Paladi cõſecrantur, quia mentes et corda ſapientum cæteris eminentiora ſunt a quibus Ciuitates tuentur, quoniam a ſapientibus, chriſtiana religio gubernatur. Sed muri Vrbem circuentes Neptuno conſecrantur, quia fundamentum et firmitudo Chriſtiane religionis in cordibus religioſorũ fundatur, qui nos amaris lachrymis a caſu peccati et uitã tuentur, ſed portus iunoni, quia Beatæ uirgini conſecramus, nã cũ ad ipſam maxima deuotione puenerimus oẽs diuitias Paradiſi apud eã locatas, Inneniemus, quare Ciuitas Paradiſi animabus ſanctorũ locupletior fit.

De malis, qui fraude in ſapientes corripere ſtudent. Cap. VI.

POETÆ qui multa nobis figmenta tradiderũt Vulcanum. Iouis Fabrũ cenſebãt qui fulmina. Ioui parabat ut aliquando iratus et Deos et homines et cæteras res pro ſua uoluntate omnes fulminibus puniret Vulcano autem erat a Ioue conceſſũ, ut quæcunq; uellet temptaret et auderet, hic autem cum Paladem multum ac diu ardentius dilexiſſet coniugium ab ea rogauit. Illa uero a Vulcani uoluntate atq; uoluptate diſcentiens, Iouem conſuluit Iupiter autem, iuſſit ut armis uirginitatem tueretur, cunq; Vulcanus in cubiculum Pa

ladis ui introiſſet reluctante Palade Vulcanus in pa-uimentum ſemen iniecit ex quo natus eſt puer monſtruo ſus pedibus Dragonteis quem Palas Ericthoniũ appella uit, quia de terra et lite procreatus, qui ut pedum fœ-ditatem abſconderet primus uſus eſt curu, hunc Palas inciſta locauit et Draconi cuſtodiendum commiſit et duabus uirginibus Pandaruſo et Aglauro Moralis ex poſitio per Vulcanum ignis furorem intelligimus, quia uoluntatis feruor ſiue calor, Ioui fulmina mini-ſtrat, quia cuiuslibet hominis furorem cõcitat. Ideo Mi ueruæ coniugium petit, quia ira ſapientem et furor men tis a recta ratione auertere ſtudent, ſed Minerua, quia uir ſapiens armis uirginitatem tuetur, quia uirtute ac moderatione omnem animi furorem ſuperat, Iouem con ſulunt, quia ſapientiã atq; uirtutẽ qua omnis perfectæ uitæ ratio continetur, quia oderunt peccare boni uir-tutis amore ac dignitate, ſed mali formidine pene, quo niam ſupplicia uerentur ex hoc certamine naſcitur Eri ctonius, quia inuidua, quæ ex terra et lite generatur, nam propter terram, diuitias poſſeßiones et dignitates quæ terræ comparantur in aliorum mentibus inuidia naſcũtur, præterea ſicut terra eſt omnium terrenorum conſumptio, ſimiliter inuidia omnem mundanam glo-riam conſumit, quia inuidia prauorum hominum men-tibus contenta ad ruinam iuſtorum ſerpentinis pedibus quia uerſuta prudentia intendit, ne autem fallentia ac prauorum pedes uideantur curu aliquando incedunt, quia ſignificant quòd pro utilitate reipublicæ, uel alia honeſtiori cauſa bonos proſequantur. Sapiens aut liuo-

rem

rem ſiue dolorē hunc inciſta reponit, quia tacita et occulta cogitatiōe ſeruat, et draconi cuſtodiri illū iubet, quia prudentia omnes animi paßiones gubernat. A duabus prȩterea uirginibus, quia Pandaruſo et Aglauro Pandra cōmune munus interpretatur et Aglauro, quia triſtitiȩ obliuio, nam ſapiens in uidentibus benignitate ignoſcit, quȩ uniuerſale munus omnium hominum naturaliter eſſe debet, uel ultionem differt et obliuioni commendat. Aliquando tamen ſapiens pro dignitate iuſtitiȩ de malis ſupplitium fert. Spiritualis expoſitio per Vulcanum Diabolum intelligimus cui poteſtas a Ioue ſcilicet a Deo optimo maximo eſt tradita ut omnia audeat quia bonos fallere et malos perimere, ſed Palas, quia deuota anima & religioſa operationes & cogitationes omnes in Deum conuertit. Sed Diabolus temptationibus ſubgeſtationibus ab animo deuotȩ coniugium petit hoc autem uiribus, quia fortitudine & fidei conſtantia & armis Paladis, quia uirtutibus moralibus et ſpiritualibus et memoria paßionis Domini, Vulcanum quia Diabolum ſuperat ac repellit quàmuis enim inſitam legem membrorum contrariam legi ſpiritus rationis habemus, quia caro ſemper aduerſus ſpiritum concupiſcit, tamen anima deuota et uoluptates negligit et diuitias ſuppeditat. Ex hoc itaq; certamine naſcitur Erictonius, quia maxima inuidia et diſplicētia in mētibus hominum prauorum, qui bonis et religioſis hominibus plurimum aduerſantur, mali enim et occultis inſidijs et detractionibus bonos impugnant, has tamen inſidias et detractiones ſupra curum locant, quia pro-

D

pter ingens aliquod bonum praui ſic ſe facere profitentur , nam ocioſos et contemplatiuos tanquàm inutiles bomines accuſant, & qui operoſam Chriſti uita mutatur de uecordia de ignauia culpātur, quare Pàlas, quiā anima deuota ſe Draconi , quia Chriſto commendat , quia ſicut iudei ſupra eleuato Palo ſerpentem in deſerto, adorabant , ut a morſu aliorum ſerpentum liberarentur, Sic nos Chriſtum in Cruce ſubleuatum ſupplicantes ab inſidiantium morſu liberamur ,duæ præterea uirgines ad cuſtodiam ordinantur Virgo Maria , quæ uninerſaliſsimum omnibus piæ inuocantibus munus exiſtit, delinquentibus enim facile ignoſcit, et nos etiam ignoſcere facile doceat, ſecundus eſt Eccleſia ſancta catholica , quæ docet pro perſecutoribus ex orare , quia nemini peccata remittuntur niſi alijs pariter remiſerunt , neque catholica Eccleſia peccatoribus ſupplicium infert, ſed ignoſcit , quòd ſi grauius deliquerint , & pro magnitudine ſceleris mortem promereantur ſeculare iudicium ſententiam fert.

De impijs, qui pœnitentia ducti ad gratiam reſtituuntur. Cap. VII.

IO , Poetarum traditione filia Inaci fluminis cum eſſet admirabilis pulcritudinis a Ioue fuit uehēmenter dilecta , quæ cum a paternis nodis effugeret . Iupiter ut illius amorem caucius proſequeretur mundum obſcuris nubibus cooperuit , Iuno autem cum

nubes intueretur ſuſpitione ducta ex ſublimi ethere ad inferiora deſcendit & nubem ſoluit Iupiter autem ne puellæ crimen pateret, Yſidem in uacam conuertit, quam Iuno Argo Paſtori centum uigiles oculos haben ti cuſtodiendam tradidit, Cum tamen duo ipſius ocu- li, dormirent cæteros omnes ſeruabat apertos, ſed Iu- piter Yſidis ſeruitutem grauius ferens iußit Mercu- rio, ut illam ab Argi ſeruitute liberaret, Mercurius Paſtoris habitum aſſumpſit, & Argo familiaritate coniunctus oblectare illum ſchora Fiſtula ſolebat, cum autem illum nimia delectatione ſtupidum reddidiſ- ſet, & omnes oculi ſomno detinerentur gladio illum interemit. IO, autem cum ab Argo libera facta eſſet fugam arripuit, & ad Inaci flumen reuerſa, cum ſe uacam intueretur Ioui ſupplicauit, ut eam ad pro- priam formã reduceret, quæ cum reſtituta foret Iupi- ter poſt mortem illam Deificauit, et in ſidus Tauri il- lam conuertit, ſed Iuno poſt mortem Argi, omnes il- lius oculos accepit, et Pauonis pennis appoſuit, ut ſi- bi conſecratam auem pulcriorem redderet. Moralis expoſitio multa ſcripſerũt Poetæ, quæ a ueritate aliena quàm maxime fuerunt, quia IO, Inaci fluminis filia qui Argiuis populis imperabat in Naui fugam ra- puit, quæ pro conſuetudine nautarum uacam ſupra uexilla deferebat, et in Egiptum transfretauit, quæ tanta ueneratione ab illis nationibus obſeruabatur, cum literas illos docuiſſet, ac etiam frumentum et li- num ſerere ipſorum quæ uſum, ut illã non mulierem, ſed immortalem Deam arbitrarentur. Immo quilibet

illius Prouinciæ reus crimine adiudicatus eſſet, ſi eam mortalem mulierem profitebatur. Ego *uero fabulam hac ſeriæ ueritatem accepiſſe reor.* Iupiter Rex Creten ſis, *qui pro conſuetudine* Principum *mulieres ui, frau- de*, et *aliquando muneribus, ſubripuit* Yſidem, *pul- cram mulierem quandam* Inaci Fluminis *filiam, quæ illus* Principis, *qui* Dominio *illud* Flumen *poßidebat erat ſubripuit cũ* Naui *quæ uacæ inſignia deſerebat.* Iuno *autem cum* Yſidis *ſtuprum accepiſſet, illam* Ar- go Paſtori *cuſtodire iußit a uiro ſcilicet, a quo cautæ intacta ſeruaretur.* Sed Mercurius *iuſſu* Iouis Argum *interfecit.* Iſis *cum libertati tradita eſſet transfuga* Egiptum *petijt, et* Paphum *genuit, poſtea uero nupſit* Api *nepoti ſuo, quare a* Ioue *in priſtinam formam re- ſtituta fuit, quia poſt* Apis *coniugium ad* Iouis *gra- tiam, et* Iunonis *pariter redditam uoluerunt:* Mo- ralis *expoſitio per* Iouem *intellexerunt* Inaci Flumi- nis *filiam diligit, quia* Vitalis *ſeminis humiditatem, in quo continua ſolis actione, et aliorum* Planetarum *influxibus homo, et cætera* Animalia *generantur, hoc tamen uiuificum ſemen nube circundatur, quia in ma- trice ſuſcipitur, et ab ea circundatur*, Cunq; *pariendi tempus aduenerit* Iuno, *quia lumine nubem ſoluit cum fœtum ex* Matrice *educit, poſtea manifeſtum illum facit.* Sed Iupiter *genitum in* Vaccam *conuertit, quia hominem et quodcunque animal ad laborem produ- cit et nutricationem inſtar* Vacæ, *quæ labori et nutri cationi plurimum intendit, homo ſcilicet ad laborem natus a* Iunone, *quia ab inſita inclinatione,* Argo,

quia rationi et ſolertiæ committitur, quibus cẽtum ſunt oculi, Sed hominis perfecta ratio a Mercurio ſcilicet a blandis hominibus quandoq; occiditur. quinimo uolu ptates plerunq; homines cogunt, ut rationem obmittant hæc autem lumina rationis ſupra pẽnis Pauonum, quia ſupra operationibus iuſtorum ſplendere illos faciunt, ſed Yſis a ratione ſoluta fugit in Egiptum, quia in per dictionem, nam incerta uagatur et curis et ſolicitudinibus intenta Yſis efficitur, quia Yſis terra, hæc autem cũ ad ſapientiam redierit et ſuarum cauſarum et Principiorum rationem intuetur, quia ſcilicet rationalis homo fuit, tunc. Io, uaca exorat, ut ſolita ſibi ratio et uirtus reddantur, quare iterum fit homo, et poſt mortem ad ſupercœleſtem patriam reddit, et perpetuo honore et fœlicitate digna fit. Spiritualis expoſitio dij Poetarum ac gentilium Turpia, et quæcunq; nephanda agere ſolebant. Noſtri autem dij omnia præclare omnia, piæ ac deuotæ faciebant, per Iouem igitur Chriſtum intelligimus, per Iunonem Beatam uirginem, per Flumen Inaci Eccleſiam Sanctam Dei, per Argum Diabolum, per Mercurium prædicatores, per Yſidem populum Chriſtianum: Iupiter quia Chriſtus, Yſidem, quia populum Chiſtianum uehementer dilexit. Signa ueri amoris, ex Chriſti paßione ſignificantur, mundum obſcura nube cooperuit, quia omnium hominum mentes carne coperuit, quia caro aduerſus ſpiritum concupiſcit et ſenſus ſemper ſunt rationi contrarij, nam iſti uoluptuoſa omnia proſequuntur mens autem noſtra ardua et difficillima temptat. Sed Iuno, quia Bea-

*ta uirgo exemplo ſui nubem et obſcuram illam cali-
ginem ſoluit, nam quæ mulier fragilis et minime con-
ſtans eſſe debuiſſet, Et quia iuuenis recto iudicio caruiſ
ſe, quæ tamen et uirgo, et omni uirtute præclara ſem-
per fuit cuius uitā, ac mores, Chiſtiani omnes imitari
ſemper deberent. Cum autem Chriſti fideles, per in-
continentiam, malitia ac beſtialitate a præceptis ec-
cleſiæ abeunt. Illos Iupiter in uacam conuertit, nam be
ſtiales efficiuntur. Sanctorum patrum præcepta negli-
gentes, propterea ſacroſancta Iuno, illos ergo, quia Dia
bolo commendat, nam homo teſtante Propheta, cum in
honore poſitus eſſet nō recognouit dñi cōparatus eſt iu.
mētis incipientibus et ſimilis factus eſt illis, quare ſub
poteſtate Diaboli continetur, ſed Chriſtus, quia uult ui-
tam peccatoris, et non mortem Mercurio præcepit,
quia prædicatoribus et ſanctis uiris, ut Yſis, quia Chri
ſtiani ab Argo ſcilicet a Diabolo liberentur prædica-
tores, autem ornatiſſimis uerbis, et Sanctorum exem-
plis et teſtimonio uitæ illorum uigilem Diabolum in
mentibus peccatorunu occiderunt gladio, quia uerbo
Dei eum perimunt. Anima chriſtiana, quæ a mali-
gno Argo libera facta eſt tanquàm amens et ignara ua
gatur tandem ad Inaci patris ſui Flumen reddit,
quia ad Eccleſiam ſanctam Dei, ubi ſe uacam intue-
tur, quia cornua ſuperbiæ habet mugitum prauarum
cogitationum, pro uerbis Dei proferre ſolebat, nunc
prorſus beſtiales oculos rotundos, quia omnia confu-
ſe intuetur, pedes quia omnia uoluptatum et inimico-
rum genera proſequitur, et pelle beſtiali circūdatur,*

quiaꝫ omnes ipſius operationes beſtiales apparent. Ideo Iouem exorat, ut ad humana, quia Chiſtianam formam reddeat, et per contractionem lachrymarum Flumen effundit, deinde Inaco patri, quia Eccleſiæ per contra ctionem pœnitentiam et ſatisfactionem in priſtinam fir mam reddit et poſt mortem, in Cœleſte ſidus conuertitur, quia ſancta efficitur, quare te dilectiſſima filia futurum ſidus exiſtimo præſertim cum ab Inaco patre, quia ab inſtitutionibus Eccleſiæ nunquàm abieris.

De reprobis, qui Dei miſericordia ad gratiam reſtituuntur. Cap. VIII.

CVM Deuchalion eius ætatis uir iuſtiſſimus, et illius uxor mulier pijſſima Theſalis populis imperarent, tantum diluuium aquarum eo tempore apparuit, ut omnes homines ſubmergerentur niſi qui ad ſuprema Montium cacumina confugerunt, et ſe antris locauerunt, cum autem diluuium ceſſaret Deuchalion ſuaſionibus et præcibus aduocare homines ex moſtruoſis antris inſtituit præuia loca ſubmerſa colerent, et Pira Deuchalionis uxor Mulieres quæ in antris cōtinebantur ſuaſionibus ac præcibus ad Theſaliā reuocauit. Moralis expoſitio propterea finxerunt Poetæ, quòd Deuchalion poſt diluuium omnibus ſubmerſis hominibus oſſa magnæ parentis, quia lapides manibus capiebat, quos cum poſt terga iaceret homines procrea-

bat et Pira lapidum poſtergatione feminas generabat, quoniam mares et mulieres, qui in antris timore aquarum continebantur ad proprios Theſalis lares reduces faciebant. Quidam hanc poeſim aliter nobis tradiderũt, Deuchalionis et Piræ. Multi præterea Theſaliæ incole ad cacumina montium confugerant, et ſe in antris continuerant donec diluuium deſiuiſſet Deuchalion et Pira paruam Nauem conſcenderunt & templa Deorum adierunt, ut conſulerent, quo pacto reſtituere Theſaliæ Prouincias, & cæteras mundi partes ſubmerſas poſſent. A dijs conſultum eſt, ut oſſa terræ; quia fortes & laborioſos homines in antris maximorum montium abſconditos reuocarent, qui terram aquis ſubuerſam colerent & alios etiam homines procrearent, nos autem illorum Poetarũ in ſcientiæ præclari aliquid addemus, nam Deuchalion & Pira cæteri etiam homines, qui pro generatione conueniunt proprium habent ſperma ex quo ſecundum medicorum ſententias membra ſpermatica & maxime oſſa generantur, quæ in hominibus dura ſunt ſicut lapides in terra, quòd ſi uiri ſperma potenius ſit mares generantur, ſi autem mulieris ſperma potentius fuerit puellæ producuntur, Spermata ergo illa ſunt in quibus fundamẽtaliter omnis uirtus ac poſſe parentum continetur. Spiritualis expoſitio Deus qui peccatores omnes ſummopere iuſtos cupit ut gloriam Cœleſtis Patriæ promereantur, cum omnes homines propter diluuiũ peccatorum obmerſos et in peccatis ſubmerſos intueretur & nulla prorſus hominũ uirtus appareret neceſſarium fuit ut Deuchalion et

Pira,

Pira, quia Chriſtus, & Eccleſia Sancta catholica, quæ tanquàm ſocia, & coniunx nunquàm Chriſtum deſeruit cum naue, quia cum cruce templa Deorum adirent, quia ad montem Oliueti conſcenderent, ubi Chriſtus pro peccatoribus exorauit, ut ad gratiam fidei reſtituerentur, tunc Deuchalion uidetur, quia Chriſtus conſulto Dei Patris accepit ut Crucis paßionem aſſumeret, & mortui, qui in antris continebantur, quia in limbo etiam uiui, qui in antris maximorum montium, quia maximis & obſcenis peccatis detinebantur exemplo Chriſti, & precibus & inſtitutionibus Eccleſiæ ad Theſaliam, quia ad cœleſtem patriam reſtituuntur, ubi animæ noſtræ primum fuere procreatæ, uel aliter Chriſtus oſſa magnæ parentis ſcilicet lapides, quia homines fortes & duros ſicut lapides ad tollerandum crucem & omnia tormentorum genera exemplo paßionis ſuæ ad Theſaliam reuocauit, quia ad ſanctam fidem catholicã. Sed Pira, quia Eccleſia Dei mulieres ad uocauit, quia debiles, qui crucem, & Chriſti paßionem ſuſtinere non poſſunt, ut orationibus, ieiunijs, & elemoſinis, Chriſtianorum fidem propagarent, Deus igitur uitia noſtra poſtergans ſua pietate, ac miſericordia nos ad ſuã gratiam reduces facit, quòd teſtatur Propheta, quia non egredietur Deus in uirtutibus noſtris, nam quia terrei ſumus, & lapidoſa corda habentes per contrictionem, per lachrymarum effuſionem corda noſtra moliora fiunt, & uires uitæ accipiunt, quia uirtutem Sancti Spiritus, qui nos ex lapidibus homines facit, & peccata, quæ corde inſita continentur à Deo poſtergan

tur nam, cor dicitur camera omnipotentis Regis, immo tam præclarum miſterium Demonibus latuit, propterea dixit Chriſto Matthæi decimo, dic ut lapides iſti panes fiant, quia fac Iudeos & cæteros obſtinatos, ut fiat iuſti & boni, quod fieri Diabolus, quia impoßibile arbitrabatur Deus autem omnes pœnitentes, & bonos ad ſe uocat, cum dicit, uenite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos, quia onus meum leue eſt, & iugum meum ſuaue.

De contemnentibus uitia, in quæ homines facile pro eorum fragilitate incurrunt. Cap. IX.

QVIA poſt diluuium conſulto Deorum Deucbalion & Pira meum ac legem acceperunt, ut perditos homines procrearent: Cætera tamen uiuentia ſponte, abſq; ſeminis propagatione poſſe generari uoluerunt cuius rei naturales Philoſophi cauſas inquiſiuerũt, quia homo cum ſit animal perfectißimũ neceſſe eſt ut ex ſpermate generaretur. &c. Locus & mixtionis modus conueniens deſignatur ſicut matrix nam temperamentum pro fœtus generatione reperitur, quare ex ſpermate materialiter & uirtute informatiua parentum cœli tamen diſpoſitionibus cooperantibus perfectus homo generatur. Ideo uoluerunt peripatetici, quod Sol & homo generant hominẽ, ſed cætera mixta ſiue animata, ſiue inanimata ex terreſtri humido & cœleſti calido poſſunt

generari, nam bos, ſine boue & mus ſine mure, multa præterra uiuentia; & ſine ſuo ſimili generantur hos tamen generationis modos in noſtris Naturalibus *clare conſcripſimus, poſt igitur diluuium genita ſunt animalia multa & plurimum monſtruoſa, & præſertim ſerpens, qui ſua magnitudine tria montium iugera poßidebat.* Apollo *autem cum* Phitonem Serpentem *et hominibus et cæteris animãtibus perniciosſum arbitraretur illum bello ac mille ſagittis ſuperauit & morti tradidit.* Cum *igitur* Phitonẽ *morte ſuperaſſet* Apollo *ſuperbus incedebat, & tempora ex frondibus quercus ſibi exornauerat.* Ideo *ante* Laurum Arbor *quercus fuerat* Appollini *conſecrata, nã illius fructibus, quia* Glandibus *homines ueſcebantur, et ſuper illis* Arboribus *in forma columbæ,* Iupiter *reſponſa rogantibus dabat.* Apollo *autem cum puero, quia* Cupidini Veneris *filio occurriſſet, qui arcum & ſagittas iuſſu matris deferebat illum uehementius corripuit, cum puer arma deferret quæ ſibi optimo iure conueniunt, et conuenirent quia* Phitonem *ſuperaſſet cui* Cupido *ſe tantũ* Phœbum *ſuperaſſe dixit quãtum ille* Phitonem, *tunc* Cupido *ad montem* Parnaſum *euolauit, ubi duas ſagittas parauit alteram auream, ut* Phœbum *in amorem* Dianæ *ardentius compelleret, et alterã plumbeam ut* Dianam *ab illius amore repelleret, quare* Phœbus *amore* Dianæ *fortiter incenſus* Magis *illã proſequebatur, quæ fugiens ad* Peneum Flumen *peruenit, ubi ſupplex* Deos *& maxime* Peneum *exorauit, ut a* Phœbi *amore inuiolata ſeruaretur,* Peneus *eam in* Laurũ *conuertit* Phœbus

uero pro conſuetudine amantium Arborem *cōplexus ſi bi eam ſacrauit, præterea iuſsit ut* Imperatores *&* Poe *tæ qui ſtudijs, pro laboribus honorem ſiue immortalem gloriam promeruerunt laureis frondibus coronarentur, quòd præterea ſemper* Arbor *iſta uireſceret, & domus & Mœnia à fulminibus tueretur*. Moralis *expoſitio, quamuis* Poetarum *atq; ueterum* Philoſopho*rum ſententias maxima ſemper cum ueneratione extulerimus, tamen hoc loco ingenio ac doctrina caruerunt, quæ pro huius poeſis interpretatione ſufficerent, quare primum moraliter exponemus poſtea ſpiritualiter*. Principes *ergo, qui populis iuſte imperant pro uirtute intellectus rationalis, a diuino lumine iradiati homines generant, quia cæteris principibus ſunt exemplo, qualiter præeſſe, & cæteros regere debeant*. Sed *tirāni ex terreſtri humido, quod putrefactionis modum accepit cohoperante tamen diuino ſplendore generantur, quia omnes* Principes *diuinitatis aliquid in ſe continent quapropter, ſi iniuſte paruulis aliquandiu imperant tandē a iuſtis* Principibus *ſuperantur & ali quando a ſuis ſubditis deprimuntur*. Ideo *dicimus, quòd tyranni monſtruoſe & equiuoce generantur, ſed iuſti* Principes *per ueram generationem, et uniuoce pro ducuntur*, Phœbus *ergo, quia magnanimus* Princips Phitonem *ſuperat, quia perniciosos tirannos maximis uiribus decertat*. In *tyrannis tria uitiorum genera ſæpenumero continentur, quia ſunt incontinentes malitioſi uel beſtiales, quæ tria montium* Iugera *occupāt, quia tribus uirtutibus opponuntur, quæ in ſublimi rationa-*

lis animæ parte continentur, quòd autem mille ſagittis illos ſuperent, quia multis cogitationibus laboribus atq; impenſis, nam tyranni pernicioſos ciues habent, qui prauis eorum moribus ſubminiſtrant, propterea difficulter a Regno circuuntur, Similiter pernicioſi homines, qui diuitias ſummopere concupiſcunt in aquirendis copijs Phitonem ſuperant, quia has maximo diſcrimine conſequuntur & milites uictoriam et clerici prælaturam & res quæq;, magna & homine digna mille laboribus comperantur, homines ergo cum ardua et difficilima iſta uicerint ſe propria uirtute ſuiſq; laboribus ſuperaſſe arbitrantur. Ideo ex frõdibus quercus coronam ferunt, quare cupidinem negligunt Veneris filium, quia ſupercœleſtes diſponens & bene inſtitutas inſpirationes, quæ Veneris, quia Dei ſunt filiæ. Nam quidam iuſtitiam, Alij fortitudinem aut reliquas uirtutes inſitas acceperunt, propterea quoſdam a natura iuſtos uolumus & ſimiliter cæteras a natura uirtutes ſuſcipimus, heæ aũt cœli inſitæ diſpoſitiones a Deo tamen principaliter productæ, in tantum homines ſuperant quãtum nos propria uirtute Phitonem ſuperamus, quare cum iſta neglexerimus uel diuina promiſſione, uel cœleſti diſpoſitione compellimur, ut Dianam, quia mundanam gloriam magis diligimus, & illam ardentius proſequimur. Illa uero magis abire cogatur. Sæpenumero quanto maiori diligentia rem aliquam deſideramus tanto minus illam attingimus. Cum uero plurima ſollertia ad eam peruenerimus, iuſſu Deorum immobilis efficitur & illam amplectimur, & nobis tanquã

nirentem Laurum dedicamus,quæ Imperatorum Poetà tum, & aliorum præſulum domos a fulmine tuetur, quia a falſis detrahentium iunioribus, quòd præterea Imperatores,& Poetæ Lauro coronentur, quia perpetua gloria immortales efficiuntur, cæteras etiam Arbores a fulmine præſeruat,quia omnes homines a ſuæ dignitatis caſu prohibet.Hæc tamen Diana multa habet membra,quæ omnia ſummopere concupiſcimus, caput quod altitudinem hominis & gloriæ ſignificat brachia, uero bonarum diſciplinarum affectus et operationes capilos diuitiarum ſucceſſus uentrem uoluptatum deſiderium,et pedes uoluptatum affectus,a quibus facile ducimur immo ſuperamur.Quiſque igitur uoluptuoſum aliquid proſequitur,et tãquàm deſideratum et amatum aſſequi curat. Spiritualis expoſitio per Phœbeum uiros religioſos,et omnes ſapientes intelligimus,qui de ipſorum uirtutibus confidunt, et plurimum gloriantur. Hij Phitonem ſuperant,quia mundana uitia, quæ homines ad corporis et animæ perniciem conducunt,hæc autem euangeliſta teſtante tripliciter diuiduntur. Quia omne quod eſt immundo aut eſt ſuperbia uitæ,aut concupiſcentia carnis,aut concupiſcentia oculorum, iſta in ſublimi monte,quia in ſublimi monte locantur,ubi tres rationalis animæ partes obſcurantur,et deprimuntur. Religioſi ergo,qui ſe propria uirtute,hæc uitia ſuperaſſe arbitrantur Phariſeo ſimilantur, qui Deo gratias agebat,quòd non eſſet ſicut cæteri Publicani quos orationibus eleemoſinis,et ieiunijs ſuperabat.Iſti ex frondibus quercus coronam ferunt, quia impropria uirtute

ſe oblectamenta iſta ſuperaſſe credunt. Ideo cupidinẽ nos ligant, quia inſitam uirtutem Sancti Spiritus, qui ſicut puer eſt, et Veneris filius, quia Dei omnes, enim uere Dei filij ſumus præſertim iuſti, qui diuinarum rerum participatione dij ſunt, ideo puer quia nouũ lumẽ, nouus ſplendor cordibus hominum, pro ipſorum mentibus infunditur, ſed arcu atq; ſagittis prauas ex corde cogitationes, & inania uerba ex ore & prauos ex opere effectus ammouet, homines ergo, qui propria uirtute confidunt facile ruunt, quia conſpectus mulierum aliarum uel uoluptatũ frequens meditatio illos a ſolita continentia et uirtute peruertit, quare incontinentes uel intemperati, uel beſtialos fiunt. Cum ergo a cupidine uulnerantur, quia mulieres uel aliud uoluptatis genus proſequuntur, Diana tamen & cæteræ uoluptates ſine melãcolia ſeruantur ſicut in Iob, locutus eſt Dominos dicens ad Sathan omnia Iob ſerui mei temptabis, ſed illius animã ne tetigeris. Illi ergo qui de ſeipſis nimium confidunt facilius & fortius ruunt ſicut Petrus ex uerbis Ancillæ, ſine ulla coactione Chriſtum negauit. Mulier tamen, quam religioſus inſequitur permiſſione diuina in Laurum conuertitur, quia fit religioſa & ſic iuſtorum delinquentiũ peccata prohibẽtur, quare pedes uanorum greſſuum radicantur per pœnitentiæ correctionem et rationes bonarum affectionum, et fructus bonarum operationum acquirit, & corticem duram habet, quæ calorem frigus & cætera extrinſecus quorum pœnitentiã prohibeat. Nam aliquando eſtuoſe temptationes & aliquãdo frigide oſtinationes & alia pecca-

torum genera nos corrũperẽt, niſi forti cortice tueremur, uel iſta Laurus ſignificat crucem Domini primũ a Phœbo, quia a Chriſto poſtea uero a cæteris Chriſtianis maxima cum ueneratione complectitur atq; dedicatur ex cuius frõdibus fit corona honoris & glorificationis ex ligno fit corona laudis & gratiarum actionis & fiũt ſagitte uerba Dei, quia ſanctæ prædicationis & arcus impulſionis æternæ ac futuræ ſaluationis, nam crux eſt Chriſtianorum, ſpes pugnãtium uictoria cæcorum dux, conuerſorum uia, claudorum baculus, pauperum conſolatio, Arbor reſurrectionis, lignum uitæ æternæ ſupra quod eſt præmiũ, quòd omnibus uiatoribus policetur.

Qualiter Dei Eccleſia fuit a Poetis ſignificata. Cap. X.

OPIM *cibelem berinciam Deorum matrem ueteres tradiderunt, cuius rei cauſam ſic opinamur. Heuranius antiquiſſimus Etheris, et Dei filius fuit, quia ignite uirtutis & claritatis eximie, cum enim illius præclari hominis parentes. Ignorarent, uel non ita clari extitiſſent hunc ſupercœleſtis. Ignis & diei, quia claritatis filium tradiderunt, poeſis tamen hoc pacto ueritatem accepit Heuranius antiquiſſimus uir, & opibus habundans Deam ueſtem in coniugem habuit ex qua Saturnum & opim procreauit. Saturnus uero cum ad ſublime Imperium perductus eſſet parentes Deificare,*

uoluit

uoluit & Heuranium Cœlum et Opim terrã appellauit poſtea Iupiter cœli nepos in Peneo monte aras inſtituit, et tanquàm Deo ſacrificia fiebant: Alma igitur Opis filia cœli et ueſtis fuit, Saturni aũt ſoror et cõiux cui aras et templa pro colenda illius diuinitate ueteres inſtituerunt, hæc ſuper quadrileonibus uehebatur capite turitam coronam geſtabat dextera ſceptrum. Siniſtra claues tenebat, ueſtem diſcoloratam habebat lapidibus & metallis ornatam, ſed herbis ramis & floribus illam circundabant. Sacerdotes ipſius cum eſſent Heunuci, quia genitalibus carebant. Gallos appellabant tympana pulſabant ærea, & in circuitu eius ſedes uacuas locauerant & coribantes armati eam tuebantur, hæc puerum Athim formoſiſſimum uehemẽter dilexit, quem cum pelice cõperuiſſet caſtrauit, præterea cum dijs iraſceretur Gigantes produxit, qui montes montibus addiderunt, ut Ioui maximo ſuperum cœlum uiribus raperent. Moralis expoſitio, hæc Dea uere alma dicitur, quia omnes alit, Cæteræ autem Deæ impropriæ almæ dicuntur, ideo Opis, quia eſurientibus frugum largitate opitulatur, etiam quia frugibus opem fert, Berincia, quia montiũ domina & maximorũ Principum, qui montibus comperantur, nam in Olimpo habitant, quia in ſublimi & populis imperant, nam Poetæ terrenos homines nuper Deos coluerũt. Ideo Cibeles quia firma et ſolida, quoniam nihil eſt terra ſolidius ſic etiam ſolidi numeri cubi dicũtur uel Cibeles, quia gloriæ firmitatem ſignificat, propterea turitam coronam fert, quia tota terra Ciuitatibus atque caſtris, tan-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

quàm corona circundatur, dextera ſeptrum tenet, quia omnis potentia eſt Regno *uicina, ſiniſtra claues, quia æſtate aperitur terra, et hyeme clauditur, ueſtem diſcoloratam habet, quæ metallis & preciosis lapidibus ornatur, nam pars terræ ubi metalla & lapides ſodiuntur diſcolorata magis apparet, quia* Sol *ad illas partes debili caliditate pertingit.* Etiam *partes uirtutuoſæ terræ plurimũ accentrantur, ſed ramis herbis & floribus ornatur, quia terræ ſuperficies tota uireſcit:* Curu *uehitur cum a quatuor anni temporibus rotatur, ſed uere ac æſtate fertilis uehitur, hyeme autem & antumno ſterilis.* Ideo *a leonibus trahitur quia ſicut leo animal fortiſsimum oſſa habet duriora; ſimiliter qui terram colunt cæteris ſunt fortiores, uel quia leones pedum ueſtigia cauda cooperiunt ne uenatoribus pateant, ſimiliter qui ſemina terræ, iniJtiunt poſtea tegunt ne aues illa ſuripiant.* Quod *autem* Heu*nuci ſibi ſeruiunt, quos gallos eſſe dicebant a contrario ſenſu intellexerunt, quia fortes & uigiles homines* Opi *miniſtrant, ærea tympana pulſabant, quia inſtrumenta, quibus terra foditur ærea eſſe ſolebant; quia a duobus cœli* Hemi*ſperijs tegitur; quæ diuerſimode ſupra terrã pulſant, quia influũt ſecũdũ neceſsitates mixtorũ, quæ producuntur in terra.* Ideo *illam præcedunt, quia in uirtute ſupercœleſtium corporum terreſtria omnia generantur, et coribantes armati eam tuentur, quia ciues omnes uiribus & armis agros & fruges ſeruare curant & ſe rebus gerendis uigiles præbent, ſedes in circuitu uacuas habet, quia* Regna Ciuitates, *& opi*

da, quando bellis, & aliquando peſte depopolatur, Etiã quia uacuæ ſedes naſcituris ſeruantur, quòd autẽ puerũ dilexerit, quem poſtea zelo caſtrauerit, quia nulla potentia circa ſuos longum ſeruat effectum, fortuna enim cito abſcindit, quod diligis, uel Atis flos interpretatur, quem diligit, ſed adueniente æſtu tritum decidit, quidam pro Athi Solem intelligunt, qui florum eſt cauſa, & tanquàm pulchrior flos reſpectu aliorum florum appa ret. Ideo caſtratur, quia ipſius uirtus Autũno et hyeme debilis apparet, quòd autem Opis primum Deos poſtea uero Gygantes dijs iratos produxerit, quia bonos & malos homines terra producit, ſed mali, qui fraude uel uiribus opprimere bonos ſtudent, tandem ruunt, & a bonis ſuperantur. Spiritualis expoſitio Heuranius, quia Deus pater antiquiſſimus, & primus Diues, & Etheris, et diei filius fuit, quia locus eſt ſicut pater locati, nam in Cœlo eſt Dei ſedes ideo Diei filius, quia per ſplendorem Sancti Spiritus eſſe Dei ſignificatur, Deus ergo pater ex Dea ueſte, quia ex Beata uirgine Saturnum, et Opim procreauit, quia Chriſtum et Eccleſiã ſanctam catholicam, quæ Opi ſcilicet terræ comparatur cui Iupiter, quia Petrus Apoſtolus aras, et templa inſtituit. Similiter Apoſtoli omnes, ut illos Deificarent. Hæc ergo alma Opis ſcilicet Dei Eccleſia omnes alit, et frugum ſpiritualium largitate omnibus opitulatur. Etiam frugibus opem fert, quia ſemper bonis operationibus ſubminiſtrat, Cibeles uero quia ſolida et firma ſupra petram Chriſtus eam fundauit cum dixit Petro, Tu es Petrus, et ſuper hanc pe-

tram ædificabo Eccleſiam meam, Etiam gloriæ firmitudinem habent, qui Eccleſiam Dei uera fide proſequuntur, quia Paradiſi gloriam promerētur, Berinicia, quia montium Deam, quia maximorum Principum et Imperatorum eſt Deam cum inſtitutis et præceptis Eccleſiæ gubernare, quam cum neglexerint grauius puniuntur, noſtros etiam terrenos homines pro uitæ ſanctimonia in cœleſti patria beatificamus, turitam coronam fert, immo tribus gradibus ſuper eleuatam, nam ſummus Pontifex, qui Eccleſiam repreſentat multiplici corona multitudinem dignitatis ſignificat, nam quia rotunda totum uniuerſum, et totum hominem ambit, et in altum eleuat, ut in ſublimitate dignitatis ſignificētur templa diuina, etiam turres habet et loca inter ſe differentia ſicut Ciuitates, præterea hæc ſacroſancta Opis, maiorem a Deo poteſtatem accepit dextera claues fert quibus portæ cœleſtis patriæ iuſtis aperiuntur, praui excluduntur, ſiniſtra ſeptrum tenet, quia baculum paſtoralem, quo immundos ſpiritus repellit, et prauas cogitationes ex corde ſimiliter, inania uerba ex ore et malos effectus ex opere, ueſtes habet diſcoloratas, quia ſancti uiri, per humilitatem pulchris ueſtibus priuantur ſicut Franciſcus, Benedictus, Dominicus, et Bernardus, in quibus ſoliditas et fidei fortitudo ſicut metallorum, et ſi precioſorum lapidum repreſentatur multa enim uirtutum diuerſitas ſicut in metallis apret, et uitæ ſplendor et ſanctitatis, eorum ſunt ſicut lapides prætioſi, uel diſcoloratam ueſtem habent, quia corporis colore priuantur, et extrema macie induuntur

propter abſtinentiam orationes et uigilas. Ramis etiam floribus et frondibus exornantur. Sic et enim hoc tempore ſcilicet dies ſanctorum in Eccleſijs celebrantur, uel quia uir iuſtus erit ſicut lignum, quòd plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quòd fructum dabit in tempore ſuo, et folium euis non defluet, quia ſuarum operationum dignitas ſtabilitur, et ab hominibus gloriam promeretur, curu uehuntur, quia ſancti a Dei Eccleſia ducuntur et Chriſtianorum Eccleſia, ſecundum quatuor anni tẽpora in orationibus, ieiunijs, et eleemoſinis diuerſimode gubernatur. Ideo a leonibus trahitur, quia ſancti forti continentia et abſtinentia mortem patiuntur, ut Eccleſiã rectæ ducant. Iſti oſſa dura ſicut leones habent, et hanc ſacram Cibelem colunt, ſicut uilici terram, nam arbores, et cætera uegetabilia diſponũtur propter cultionis regulam findiuntur, per humilitatem firmãtur, per utilitatem putantur. per aduerſitatem, et per gratiarum largitatem rigantur, præterea ſicut leones ſua cauda pedum ueſtigia delent, quia uitæ ſanctimonia omnes mundanos effectus delent, et omnes cogitationes bonas quas animo inſeruerunt per unitatem Eccleſiæ cooperiuntur et tuentur, ne ab auibus, quia demonibus rapiantur, quòd autem Heunuci, tanquam miniſtri ſibi deſeruiãt quia Eccleſiæ inſeruientes debent a Venereis abſtinere, immo paupertatem obedientiam et caſtitatem ſi profiterentur, tunc Galli efficiuntur ſcilicet ad orandum uigiles ſicut Propheta teſtatur. Septies in die laudem dixi contra ſeptem mortalia uitia, in quæ homines facile incurrunt. Etiam

intrepidi omnem diuinum cultum profitentur et tympana pulſant ærea, quia campanæ ad Eccleſiam Chriſtianos omnes aduocant, uel quia prædicatores duo timpana pulſant, quia ueteris et noui teſtamenti præcepta et iura proclamant, et infernis Hemiſpherium uetus teſtamentum ſignificat, et ſupernis nouum, uirtus enim Sancti Spiritus per prædicatores diffunditur, quæ in cordibus noſtris ſicut ſemen in terra iacitur. Corribantes armati hanc noſtram Opim tuentur, quia martyres, et ſancti oĩa tormentorum et mortis diſcrimina pro tuenda Eccleſia patiuntur. Sedes in circuitu, uacuas habet quia pctõres ſi iuſti fuerint Eccleſiæ reſtituũtur et naſituri per uirtutẽ baptiſmatis ſctĩ efficiũtur. Sil'r in Eccleſia triũphãte ſunt mãſiones, ac ſedes multæ in quibus reprobi Angeli cõtinebãtur, quæ a Chriſti fidelibus replebũtur, puerũ etiã Athim, qa Chriſtũ dilexit, qui ſplendore uitæ oẽs ſanctos præceſſit, uel quia bonis operationibus florentes diligit. Sacra etiam opis Deos, et Gygantes produxit, quia bonos et malos quãuis iuſtorum uita malorum hominũ oppreſſione protabur.

De ſupplicijs eorum, qui a Dei præceptis abſtinent, et contumelijs Deos inficiunt. Cap. XI.

CIBBLES Deorum omnium mater, illis aliquando irata extitit et Gygantes produxit, qui magnitudine corporis cæteros ſuperabãt et pedes habebant ſerpentinos, hij uiribus collectis montes monti-

bus addiderunt, ut Ioui maximo et cæteris dijs cœlum ſurriperent. Iupiter autem Gygantibus iratus fulminibus ex Ethere miſsis, quæ ſibi aquila miniſtrabat Gygantes necauit et montes ſubuertit, qui omnes prorſus ruere poſtea uarijs ſupplicijs illos affecit, nam Tipheum in Scicilia relegauit et caput ſub Ethna, dexteram ſub Pachino, ſiniſtram, ſub Peloro locauit, Eginam uero centum cathenis ligauit et quoſdam ad inferna demiſit, et pro ipſorum demeritis ſupplicia intulit, ſed Tipheus cum ab ultione nimium abſtinuiſſet, non fuit fulminatus, ſed in Egiptum ſe contulit ubi diuinitatem promeruit. Ex ſanguine autē Gygantum, qui a Ioue fulminibus necati fuerunt geniti ſunt alij deteriores parentibus, hanc uero Poeſim Philoſophantes, quidam aliter tradiderunt. Cum ante diluuium multi ad cacumina montium confugiſſent, ubi timore aquarum aliquandiu continebantur, multi etiam adinfima prata conuallium deſcenderunt, qui expugnare illos montruoſos homines maximis uiribus aliquando tēptabant, quare cum montes conſcenderent raptim immodum Serpentum incedebant, et tripodas ferreas pedibus ſupponebant, quo facilius ſublimia illa loca conſcenderent, ſerui uero in montibus continebātur ſuperbi, qui uero ex conuallibus aſcendebant ſuperos Impugnantes repellabantur, ueritatem poeſis hoc pacto conſtare arbitramur. Iupiter Cretenſium Rex cum tyrannorum parentes bello ſuperaſſet, et eos in carceribus detineret ipſorum filij collectis uiribus Iouem ſeuiſsimo bello agreſsi ſunt qui tandem ſuperati copiam ſanguinis

effuſerunt ex quo alij geniti ſunt deteriores parentibus, uel aliter Iupiter cum Saturnum parentem a regno expulliſſet. ipſe ſuis uiribus, et aliorũ Principum ſuffragijs, Iouem ſeuiſſimo bello inuaſit tãdem apud ægeum Theſaliæ Agrum ſuperatus fugam arripuit, hoc Gyganteum bellum a plurimis eſt appellatum, peracto bello Iupiter Deos conſuluit, quo pacto Gygantes ſuperaret, conſulto accepit ut elegerat, Clipeũ tegeret et caput Gorgone ſignificaret, quod rebus, quæ de terra naſcuntur ſe tuentur, nam ex terra uegetabilia et animalia omnia generantur, quæ ſunt alimenta bellorum, et caput Gorgone, tegitur, quæ conſiliũ & prudentia diſciplinæ militari ſunt neceſſaria. Moralis expoſitio quamuis homines excellentis magnitudinis et exigue prauitatis. Aliquando fuerint a natura produɫti, hoc loco per Gygantes tyrannos. Intelligimus et pernicioſos homines, qui reſpublicas ciuiũ oppreſſione ſubuertunt et iuſtiſſimorum Principum depreſſioni intendunt. Tales ex tyrannis, uel ipſorum ſanguine et terra generantur. Ex tyrannis, quia ex ſuperbia uel ipſorum ſanguine, quia malos illorum mores imitantur, et ex terra, quia elementum durum obſcurum et a ſupercæleſtibus corporibus diſtantiſſimum tanquàm parum in ſe diuinitatis continens, Gygantes iſti montes montibus addiderunt, quia multa diuitiarum genera colligunt, ut ipſorum copijs ciues a dignitate reipublicæ et iuſtiſſimorum Principum obedientia ſeducant, hij pedes habent ſerpentinos, quos ueſtibus tegunt, quia maximas aſtutias et effectus malos habent, proptereà

manibus

manibus et pedibus ad mōtiū cacumina repunt, quia ope rationibus, quæ manibus ſignificantur et pedibus, quia continuis affectibus ad ſublimes ingrati dignitates et dignitates perueniunt, quòd autem longis ſe ueſtibus tegant, quia et iuſti, et ſapientis habitū profitentur, intrinſecus uero ſunt lupi rapaces, quare perfidia ſolertia et reipublicæ et Principibus pernicioſa temptant et ſeditiones faciunt, ut aliquando et reſpublicæ et iuſti Principes pereant, nullum enim deteſtandum magis perfidiæ genus, quod ſi deteſtandum aliquid reipublicæ inferatur, quia melius et diuinius, q̧ ad reipublicæ dignitatem accedit. Iſti ergo praui Gygantes fulminibus Iouis necantur, quia permiſſione diuina, et uiribus iuſtorum Principum, et bonorum Ciuium a tyrannide deponuntur, ſignis uictricibus, quæ per aquilam ſignificantur. Spiritualis expoſitio ſacroſancta Cibeles, quia Eccleſia ſancta catholica Deos et Gygantes produxit. ſed primi a Deo, ſecūdi a Diabolo generantur, quia dixi dij eſtis et filij eccleſiæ omnes. Et Iob non ne Gygantes oēs genuerunt ſub aquis. Iuſti enim dijs, ſed iniuſti Gygantibus ſimilantur. Iſti diuitias et maximas copias licentia hæreſi colligūt, ut maiores prælaturas et dignitates largitionibus aſſequantur, et aliquando in Eccleſia Dei ſeditiones faciunt, quare ſiſmata et alia deteſtanda uitia exoriuntur, quorum occaſione patrimonium Eccleſijs ac ipſorū dignitates aliquando ab iniuſtis prælatis, et aliquando a tyrannis fraude ui muneribus ſurripiuntur, et ab eis iniuſte conculcantur, hoc diuinum miſterium in Appocalipſi clare

monſtratur, cum uiderit mulierem aquis ſuperſtantẽ, quæ a Regibus et Principibus procabatur, nam Dei Eccleſia, quæ aquis ſuperſtat, quia populis dominatur a præſulibus et regibus ſicut incontines mulier frequenter ſeducitur. Machomet quiſaracenis fidem inſtituit eos in prauos mores, & falſam religionem ſeduxit, quare a deo perpetuo ſupplitio puniũtur, & a iuſtis hominibus maximo dedecore damnantur. Similiter Dãtes præclariſſimus ille uates Simoniacos, qui res diuinas muneribus & maxime pecunijs abdicant ſubuerſo capite & in altum pedibus erectis & ignitis in quibuſdã foueis inferni locauit, ut ſignificaret, quòd mali religioſi diuinas conſtitutiones ſubmittunt, & pedes, quia copias & æſtuoſos affectus in altum eleuant, cæteri etiam prælati, qui a fide & ab inſtitutis Eccleſiæ, uel hæreſi uel alio grauiori ſcelere diuertunt a Ioue, quia a Deo maximo grauius puniuntur. O deteſtandum lucri genus, O mens pernicioſa Gygantum, nam ſiue Pontifices maximi ſiue Imperatores, uel cæteri Principes ſi Paradiſi ſupereminentem dignitatem. Si præterea copias Cœleſtis patriæ animaduerterent, nullas dignitates nullas diuitias breui tempore duraturas ad illas maximas atque perpetuas compararent, quare ſi prælati ſi tyranni manibus & ſerpentinis pedibus eccleſiaſtica bona ſurripiant, & ſi in altum repant tandem fulminibus Iouis adminiſtrãte aquila, grauius puniũtur, quia Dei recto ſupplitio, quod fulminibus comparatur, ſed aquila iuſtis ſimilatur, quæ a longe uidet, hoc ſignificauere gentiles, qui falſa religione detinebantur.

Valerius. Impiorum ſupplitia diligenter animaduertens dicit, lento & enim gradu ad uindictam diuina procedit ira, tarditatemque ſupplitij grauitate compenſat, ſimiliter Dantes, & cæteri ſacrarum literarum ſcriptores hanc ſentẽtiam exemplis & rationibus tradiderunt, quia ſublimis Deus nunquàm iuſtitiam a miſericordia ſeparauit, immo tanquàm comites altera a dextris, altera a ſiniſtris eum concõmitatur, quicunq; horum tyrannorum exempla imitatur ab Eccleſia Chriſti manibus repellitur, magis autem in diæ iuditij repelletur, cum horrendum illud uerbum accipient Ite maledicti in ignem æternum, Iuſti autem perpetua Dei fruitione uictricibus ſignis aquilæ ad cœleſtẽ patriam perducentur. Nam Ioannes Euangeliſta aquilæ uexillum tulit, quia nobis præmia iuſtorum & ſupplitia impiorum euangelizauit.

De inſpirationibus diuinorum & humanorum, quæ conſcientia proſequimur. Cap. XII.

SATVRNVS Cretenſis Rex & Deorum ſapientia & Augurum preuiſione accepit, quòd a filio quem Opis genuerat Regno expelleretur. Sed Opis pietate ducta propter Iouis pulchritudinem puerum Deæ ueſti alendum tradidit, quem illa gremio nutriuit, quia cautæ et occultæ, ne pro Augurũ uoluntate a Saturno necaretur, Dea ueſta Iouis nutrix, & alũna

a Priapo & ortorum Deo fuit uehemẽter dilecta, hanc uero Deam ſeniores illi uates nullam habere effigiem tradiderunt, quare illius faciem nemo rectæ nouerat. Hæc tanquàm uirgo uenerabatur, & ſacra omnia ſibi uirgines miniſtrabant, perpetuum Ignem ſeruantes, hic tamen & cætera ſacrifitia prima die Martij reformabant. Sacerdotes ſibi miniſtrantes uas æreum manibus tenebant, quod Venereũ dicebatur, cuius ſuprema pars os latum & inferior ſtrictum habebat. Sed præclari quidam uates Deam illam maiori ueneratione obſeruabant, quia folium aptum quinq; foliorum in dextera manu ponebant, ſuper folijs, hos uerſus inſcripſerant. In primo dilige me toto corde, quia te cõſolabor, in ſecũdo dilige me in ueritate, quia te fortificabo. In tertio dilige me filialiter, quia te ab inimicis tuebor. In quarto requieſcat in me omnis tua cogitatio, quia Deum hominibus coniungo. In quinto hæc memoria firmiter teneas neq; excidant. Moralis expoſitio pihiloſophantes quidam per Deam ueſtem terram intelligunt Saturni & aliorum Deorum matrem, quæ arboribus herbis & floribus ueſtitur. Sed cæteri omnes Poetæ per ueſtem materialem hunc ignem flammeum intelligunt. In quo ſupercœleſtis & Ethereus ignis cõtinetur ſeruaturq;. Nã elemẽtaris, ignis licet materialem ignem efficiat, tamen in effectu ratio ſuæ cauſæ continetur, quo autem pacto ueſta a Priapo dilecta fuerit ueteres Ignorauerunt, dicentes, quòd Priapus materialem ignem diligit, & ſi aſſequi eum minime ualeat, quia trahimur in uetita cupimus ſemperque ne-

gata, nos autem ueriorem interpretationem afferemus, arbuſta ſtipites, qui in ortulis continentur materiali igne cremantur, ne aliorum uegetabilium incrementum Impediant, quòd ſi materialis ignis applicuerit ortulis non poſſunt ſtipites ammoueri, et terra firmatur, in qua uirtualis caliditas continetur. Quod autem materialis ignis uirgo perſiſtat, quia cætera elementa in ſui naturam conuertit ipſe a nullo immutatur. Igitur enim ſi applicatur combuſtibile in infinitum comburentur, quòd autem nullam habet effigiem ſiue figuram, quia nunc in altum nnnc depreſsius fertur, nunc Piramidalis poſtea ipſius figura mutatur ſecundum neceſsitatem combuſtibilis a quo, ignis fouetur & continetur, uirgines etiam ſibi miniſtrant, quia maximo ſtudio et cura rebus artificiatis ignis approximatur, quia ſuperfluens exurit, & diſiunctus uires debilitat, præterea ſacerdotes uaſe æreo utebantur, ne ab igne contento urantur, ſuperius latum, ut ignis in eo melius ſuſcipiatur. Inferius autem ſtrinctum, ut melius contineatur. Ideo prima die Martij omnia reformabãt, quia eo tempore Sol uigoratur & radij fortiores facti omnia uegetabilia & artificialia perficiunt. Si præterea cætera obſcure philoſophantium dicta uegetabilia & artificialia exponere uoluerimus Dea ueſtes dextera lilium tenet, quia fortitudine ſupercœleſtis, & elementaris ignis, & lilium, & flores generantur, hunc præterea materialem ignem diligere omnes debent, quia rebus omnibus ſiue uitam ſiue formam præſtat. Et ab ignis calore omnia fortiora fiunt, nos etiam ab ini-

micis tuetur, quia ægritudines prohibet, quæ ad corruptionem diſponunt, in eo noſtra cogitatio requieſcat, quia inferiora ſuperioribus coniungit & grauiora elementa leuiora fiunt & ſublimia Ethera petunt, diuina humanis coniungit, quia inter Etherea & terreſtria medius continetur, uel quia ſubſtantiales formæ diuinitus productæ per uirtualem Ignem generantur uel corporibus uniuntur, nec ex memoria decidant cum admirabiles operationes ab igne producantur ſicut patet in Alchimia & multis actionibus, quæ ſupercœleſtibus comparantur. Quidam per ueſtem æſtuoſam, ac uoluptuoſam Venerem intellexerunt. Quoniam ipſius uoluptates maximo cordis incendio proſequimur, ſed horum opinio a ueritate plurimum diſtat, quia non tanta dignitate ac ueneratione ueſtem excoluiſſent. Spiritualis expoſitio per Deam ueſtem conſciētiam puram intelligimus, quæ ſicut ignis Etherogenea corpora diuidit, quia prauas cogitationes ſecernit et bonas cōponit & unit. Similiter per actionem corpora diuerſarum formarum ad inuicem ſeparantur, & quæ eiuſdem naturæ ſunt uniuntur. pura igitur & ſimplex conſciētia a calore igneo Sancti Spiritus illuſtratur, & ad plurimas et grandes, & maxime differentes actiones diſponitur. Iupiter ergo, quia diuinarum perſonarum amor ſiue caliditas in ſinu Deæ ueſtes occultæ alitur, quia in corde & pura conſcientia, ne per Augurum uoluntatē uetetur, quia frequenter deprauato medicātium conſilio diuinum lumen in noſtris mentibus extinguitur. Hanc ueſtem, quia puram conſcientiam, Priapus or

torum Deus, quia Chriſtus plurimum dilexit. Mentes autem humanæ ortulis comparantur, quæ arboribus altiſſimarum ſpeculationum exornantur & fructibus bonarum operationum, & herbis beatorum affectuum & floribus redolentium uirtutum, quòd autem nullam habeat effigiem, quia iuſtorum conſcientiæ uario ſe modo repreſentant, quòd autem uirgo ſit quia neque lucro, neque honore, neque aliarum copiarum quæſtu corrumpitur, & uirgines ſibi miniſtrant, quia bone, & ſanctæ cogitationes, quæ perpetuum ignem cuſtodiunt, quia Sanctii Spiritus calorem, & diuini uerbi amorem, quòd autem prima Martij ſacra omnia reformentur, quia orationes elee moſine, ieiunia Chriſti fidelibus inſtituuntur, noſtra igitur conſcientia eo tempore nouis cibis reformatur. Miniſtri, quia Sacerdotes & Prædicatores, uas habent æreum, quia corde æſtuoſum calorem ſeruant, qui in cordis infimo continetur, & ex ſupremo effluit Dea ueſtes dextera manu lilium quinq; foliorum fert quia Chriſti memoriã quinq; uulneribus cæſum, ubi ea carmina clare leguntur. In dextra manu dilige me, quia te conſolabor ſicut latronem, qui gloriam Paradiſi promeruit. In dextro Pede dilige me in ueritate, quia te fortificabo, conſcientia bona ſemper fortis eſt, mala uero debilis. In ſiniſtra manu filialiter me diligas, quia te ab inimicis tuebor, nam latronem ſiniſtri lateris ſaluaſſet, ſi mentem ad Deum retuliſſet, In ſiniſtro pede in me omnis tua cogitatio requieſcat, quia ſic Chriſtus ſupra bonã conſcientiam ſicut corpus ſuper

ſiniſtro pede ſtabilitur. In Chriſtri autem latere hæc memoranda leguntur, ne a noſtris cordibus excidant, quia ex lateris operatione maxima pietatis ſigna monſtrantur.

Quare Chriſtus aſſumpſit naturam humanam. Cap. XIII.

SENIORES *quidam uates Saturnum ſacrum ſubiectum interpretantur cæteri* Diuinam *ſapientiã ei tribuerunt a qua omnia mirabili quoddam ordine procreantur, quo tamen pacto iſta proferent penitus* Ignorabant*, nam illum quatuor genuiſſe filios tradiderunt,* Iouem, Iunonem, Neptunum, *&* Plutonem, Hij *poſt mortem, uel patris exilium* Regnum *diuiſerunt, pars* Orientalis, *ſuperior ad* Iouem *primogenitum iure peruenit, & pars* Occidentalis *decliuior prope inferum* Mare *ad* Plutonem, *hic autem ſeuiſſimus cum iniuſtæ ſuis* Ciuibus *imparet* Orcus *appellatus eſt, quia ſeuus & pernicioſorum hominum ſuſceptor, nam* Ciues *ſuos aliquando a cane maximo, quem* Cerberum *appellabat necandos atque ædendos tradebat. Cum autem* Regnum, *quòd paterno iure ſuſceparat uiribus opprimeret in* Sciciliam *profectus* Proſerpinam *rapuit & ſe illi coniugio iunxit. Sed* Neptunus *quibuſdam inſulis uerſus plagam* Septentrionalem *imperabat; ubi aquæ plurimum inundabant& fluctibus excreſcẽtibus*

ea loca

ea loca moleſtabant. Iuno *autem eam* Prouintiam *regebat, quæ temperata magis ubi mites ac modeſtiſſimi homines continebantur,* Poetæ *igitur qui præclara fictione dignificare* Principes *uoluerunt, & illos ſupercœleſtibus dijs comparare,* Saturnum *tanquàm primum & ſupremum* Deum *tradiderunt.* Ex *quo filij quatuor, quia quatuor prima elementa, ex quibus mixta omnia generantur dicentes,* Iouem *ignem cui ſupremã elementaris mundi partem tribuerunt,* Iunonem *aerem,* Neptunum *aquam,* Plutonem *terram, huic tamen poeſi præclara quædam figmenta addideruut, quibus nos pro fidei noſtræ præſtantia multo præſtantiora inſeremus.* Saturnus *quia ſublimis, & glorioſus* Deus *præter quatuor materialia elamenta, quæ certo numero, & ſingulari ordine procreauit, ex quibus mixta omnia perfecta, & imperfecta ſimiliter animata, & inanimata generantur.* Alia *etiam quatuor perfectiora elementa produxit, quia* Chriſtum, Spiritum Sanctum, *Eccleſiam catholicam, &* Beatam *uirginem.* Ex *hijs ergo quatuor elementis mixta perfecta, quia uiri boni, & imperfecta quia uiri mali, animata quia* Chriſtiani*, & inanimata, quia cæteri omnes a chriſtianitate multum diſtantes generantur.* Ex *hac productione intelligimus maximam potentiam* Dei *patris, admirabilem ſapientiam filij, & ſuper excellentem amorem* Spiritus *ſancti, qui omnibus rebus creatis & genitis ſumma ratione contribuit;* Reſummentes *ergo, quæ a* Peripateticis *dicta ſunt elementa omnia agendi & patiendi uim habent, tamen ſuperio-*

ra duo, quia magis ſpirituoſa principalius agunt. & inferiora principalius patiuntur, Chriſtum ergo Ioui, quia illi comparauimus, & Spiritum Sanctum, Iunoni, quia aeri, ſed eccleſiam catholicam Neptuno ſcilicet aquæ, & Beatam uirginem terræ, cum ab ea omnia ſalutifera alimenta ſumpſerimus, Pluto enim licet diues interpretetur & terræ præeſſe dicatur, quia tamen eius nomen horrendum eſt illius comparationem obmittimus a Saturno exordientes. Saturnus ergo cum a Tytanis bello ſuperatus eſſet & in carceribus detentus, Iupiter quia iuuans pater potenti exercitu Tytanos inuaſit, quos cum bello ſuperaſſet patrem ab illorum ſeruitute liberauit, poſtea uero cum inter Saturnum & Iouem ſeditio exorta eſſet, Saturnus in Italiam peruenit, ubi a Latino Rege humaniſſime ſuſceptus eſt. Cum autem Saturnus frumentũ ſerere docuiſſet ipſiuſq; uſum, ſimiliter uites & arbores colere tanquam Deum ex Cœlo miſſum uenerabantur, & ſibi aras & templa inſtituerunt. Moralis expoſitio Iupiter & Iuno quia ignis & aer ſimilem quaſi tenuitatem habentes fratres dicuntur, & ex eodem geniti parente, quia Deo optimo maximo. Et quoniam aer ſubicitur coniunx appellatur, Hæc duo ſuprema elementa rebus omnibus Iuuamentum præſtant, quia ignis ſuo calore uirtutem ac uitam tribuit, & aer ſua humiditate durabilitatem & caloris ſubſiſtentiam. Nam caliditas & humiditas ſunt principaliores cauſæ mixtorum, Immo per hæc duo principia uitam ſeruãt & augẽt, philoſophantes etiam illi di

xerunt Iunonem placare Iouem & eum mitem reddere, quia omnis exceſſus caloris ab humiditate remittur. Iouem Deorum fatum tradiderunt, quia inferiora elementa a ſuperioribus gubernantur ſuperiora parum ab inferioribus immutantur, præterea Iupiter cum Tytanis bellũ eſſet habiturus & more ac inſtituto gentilium dijs ſacra paraſſet, ut omen aliunde acciperet, quo ſignificaretur an hoſtes ſuperaret, tunc aquilam in Ethere ſuperuolantem uidit, quare ſe Tytanos ſuperaturum exiſtimauit, & quòd patrem a ſeruitute liberaret, poſt ſecutam uictoriam ſemper aquilam auream ſuper uexillis deferebat, quam poſtea Romani et Imperatores cæteri tulerunt, Hanc etiam Ioui fulmina miniſtraſſe monſtrauimus cum Gygantes debellaret. Si tamen horum redere cauſam uoluerimus, aquila eſt cæterarum auium nobiliſsima Etheris loca eminentiora petens. Etiam animal calidiſsimum, & a longe inſpiciens. Niſi enim lapidem Gagatem frigidiſsimum ouis ſuis commiſeret ſua caliditate oua exureret. Solem etiam iradiantem intuetur, quòd ſi filij ſolares radios intueri non poſſunt, hos tanquam a ſua prole alienos iudicat: Aquila igitur igni merito comparatur, quia ſupremum elementum calidiſsimum & lucidiſsimum, et ſicut amans pater diffinitur, uerum tamen huic Ioui poetæ multa digniſsima tribuebant, quæ ad ſupercœleſtem Iouem ſpectare magis uidentur, quæ ſuo loco exponemus, nam præclara poeſi tradiderunt, quòd Ioui Ganimedem tradiderunt, filium Regis Theucrorum rapuit uictricibus ſignis potentis

aquilæ, hic Ganimedes poſtea cum in Cœlum aſſumptus eſſet a Ioue ſibi pocula miniſtrabat. In Cœlo autem piſcis eſt domus Iouis, & ſignum aquaticum, quia exiſtente Sole in piſcibus multæ apparere pluuiæ ſolent, In eo igitur Iupiter maximæ uigoroſus exiſtit ſicut cæteri planetæ cum in proprijs domibus continentur. Si autem per Ganimedem aquarium intellexerunt quamuis ſit domus Saturni, tamen cum Sol, quem aliquando pro Ioue æquiuocant, in aquario fuerit multæ pluuiæ apparebunt, Quod etiam Iupiter in Taurum conuerſus Europam rapuit, & Yſidem Inaci Fluminis filiam in uaccam conuerterit, quia alteram rapuit cum naui quæ Taurum pro ſigno deferebat, & alteram cum naue factam ſuper uexillis Cererē, quia Iupiter pro conſuetudine tyrannorum mulieres rapiebat, & Opida et Ciuitates & caſtra cū alienis nauibus oppugnabat. Nauis autem quælibet proprium naute ſignum habebat, Daphnes etiam quæ Acriſij Regis filia, quæ in turri ærea continebatur, ut caſtitatē ſeruaret a Ioue in aurea nube conuerſo rapta fuit, quam poſtea uiolauit, nam puella illa in forti quadam Maritima turri continebatur, & a nutrice ſua, & cuſtodibus alijs diligentiſsime obſeruabatur. Sed Iupiter cum Claſſe ac ſolitis ſuis uexillis Turrim oppugnauit, & auro et reliquis muneribus nutricem ac etiam cæteros cuſtodes corrupit et puellam rapuit. Spiritualis expoſitio, Saturnus, quia ſublimis Deus a Titanis ſuperatus ſcilicet a ſuperbis et malis hominibus in eorum cordibus captiuatus, ſicut enim teſtatur Propheta

Exacerbauit dominum peccator, et alio pſalmo dixit Inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus, quare ante Chriſti aduentum gloria et dignitas Dei a prauis hominibus erat ſuppeditata, et omnes patriarcæ et ſācti uiri quos diјs comparamus in carceribus demonum continebantur. Sed Iupiter quia Chriſtus collectis uiribus ac forti bello ſuperauit & Saturnum patrem, quia carnem aſſumpſit humanam, & miraculis prædicationibus ac uitæ ſanctimonia Tytanos, quia malos homines et demones ſuperauit, & patrem liberum factum deificauit, nam in templo cum ab eo rogaretur cui numiſma reddi opporteret, tunc iuſit, ut ymago Ceſaris Ceſari & Dei Deo redderetur. Etiam Diabolum in monte multis ſugeſtionibus, Ieſum temptantem repulit, cū autem maximum & poſtremum bellum in cruce pendens cum Titanis & patre eſſet habiturus Aquilam ſuperuolantem uidit, quæ fœlici auſpicio, & hoſtium uictoriam, & patris ſignificauit, nam Chriſtus in cruce pendens ſacrificium Deo patri puro corde miniſtrabat. Et aquila, quia Ioannes Euangeliſta tanquam ſuperuolans aquila continuæ apparuit, qui diuinas et humanas res forti aquilæ intuitu ſignificauit. Poſt autem miſterium paſſionis Chriſtus ad inferna uictricibus ſignis deſcendit, et demones ſuperauit et ſanctorum hominum animas in Paradiſo locauit. Portas ergo inferni ferreas uectes et ſeras forti manu diſrupit et Diabolos ſuperauit, Hoc teſtatur Propheta, quia contriuit portas æreas et uectes ferreos confregit, ſuſcepit ea de uia iniquitatis eorum, propter enim iniuſtitiā ſuā,

humiliati ſunt, omnem eſcam abhominata eſt anima eorum et appropinquauerunt uſque ad portas mortis. Cum autem animæ ſanctorum in Paradiſo perductæ fuiſſent cœleſtæ regnum in quo Deus tantummodo con tinebatur factum eſt commune multis, et regnum cœlo rum, ut teſtatur Chriſtus, per Matthæum, uim patitur, et uiolentia rapiunt illud, propterea Saturnus, quia Deus pater exuberrima Grecia in ſterilem Italiam per uenit, ubi a Rege Latino, quia ſcilicet a Conſtanti no Imperatore humaniſſimæ ſuſceptus, quia maxi mam ſui Regni partem contulit, ſibique aras, et maxi ma templa inſtituit. Hic autem Saturnus in eam Pro uintiam relegatus frumentum ſerere docuit, quia uer bũ Dei. Inter uites et arbores colere ſicut ante monſtra uimus, poſtea uero alij ſecuti ſunt agricolæ, qui agrũ et montuoſa loca et uineam coluerunt, ſicut Frauciſcus, Dominicus, Auguſtinus, Dioniſius et cæteri, qui agri culturæ optimam rationem acceperunt. Sicut tamen frequenter diximus, Iupiter Cretenſis compoſitas ho minum mentes in prauos mores ſeduxit. Sed noſter Iu piter Nazarenus lapſas mentes et peccatis ægrefactas ad compoſitos mores et optimam animi ualitudinem de ducebat. Similiter Iupiter hic noſter Ganimedem ra puit, quia Petrum Apoſtolum, qui ſalutifera ſibi po cula miniſtrabat. In raptu tamen illo Ioannes Euan geliſta ſplendentis aquilæ uexillum tulit. Cum ergo Pe trus ad Chriſti miſterium uocatus eſſet omnia ſumma ſi de gerebat, nunquam ſcandalizari etiam ſi cæteri om nes fuerint ſcandalizati. Hic autem Ganimedes in Cœ

lo eſt ſignum aquaticum, in quo cum Sol uel Iupiter continetur multitudo pluuiarum, quia multitudo diuinarum gratiarum ex ſublimi Cœlo ad inferiora deſcendit cum omnem ſoluendi ac ligandi poteſtatem acceperit, portas igitur Paradiſi patere iuſtis facit, et prauis latere, quibus apertis effluunt aquæ, ſed clauſis continentur. Iupiter etiam noſter in Taurum conuerſus Europam rapuit, nam Marta quæ circa frequens domus miniſterium uerſabatur Tauro ſimilatur, quare neceſſe fuit, ut a Tauro, quia fortibus Chriſti rationibus uinceretur, et Maria Magdalena, quæ obturpes mores in uaccam ſicut Yſis conuerſa fuerat, et miraculis, et Chriſti prædicationibus prioris humanitatis formã accepit. Hæc uero Inaci Fluminis filia fuit, quia Eccleſiæ catholicæ cũ propter merita ipſius ſola fuerit ad Apoſtolatum aſſumpta, præterea ab ipſius oculis duo flumina efluxerunt, quibus Chriſti pedes lauit, et capillis abſterſit. Hic etiam Iupiter auream Daphnẽ rapuit quia Beatam uirginem. Nam cum forti ac maxima continentia turri contineretur, ut uirginitatem ſeruaret. Iupiter in aurea nube conuerſus cuſtodem ſeduxit et mulierem rapuit, nam Angelus qui tanquam alumna uirgini nuntiauerat illam concipere ſignificaſſet admiratione ducta tremula uoce ac ſingulari rubore perfuſa reſpondit, quomodo fiet iſtud, quia uirum non cognoſco tunc Angelus auro ſuaſus, quia uirtute aurea Spiritus Sancti. Iterum uirgini ſuaſit dicens, Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, et uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. præterea quod ex te naſcetur Sanctum uocabitur filius

Dei, quæ ſacratiſſima uirgo, cum Angeli erudimenta, pura mente ſuſcepiſſet. Ioui quia Chriſto adheſit, qualis rapta a ſacroſancto Ioue, te raptã ſuperamus.

De miſterio Heuchariſtiæ et effectu digne ac indigne aſſumentium. Cap. XIIII.

LÆDA *Tindari Regis coniunx excellentis pulchritudinis a Ioue fuit uehementer dilecta, cuius amorẽ ut cautius aſſequeretur in cicnum cõuerſus eſt Iupiter, et cãtu et alijs blandimentis Lædã alicuit, deinde illam rapuit, et in ſuam uoluntatem conduxit. Cum ergo pariter conueniſſent Iupiter in cicnum conuerſus ex Læda ouum genuit, ex quo tres filij profluxerunt, Helena, Polux et Caſtor. Dixerunt præterea ſeniores illi uates, qui hæc nobis figmenta tradiderunt, quod Helena, et Polux immortales fuerunt, ſed Caſtor mortalis, uerumtamen Polux Iouem parentem maximum exorauit, ut etiam Caſtorem immortalem efficeret; Quare cum hij duo fratres cæteros totius Græciæ adoleſcentes pulchritudine ſuperarẽt in cœlum aſſumpti ſunt et in ſignũ geminorum conuerſi, et ſic deificati facti ſunt immortales. Similiter Helena cum cæteras Græciæ mulieres pulchritudine ſuperaret in cœlum aſſumpta immortalis eſt facta. Et quia hæc a noſtra et ſcriptorum ætate diſtantiſſima ſunt, Ideo ueritatem huius poeſis ſic opinamur. Iupiter ſenex factus ma-*

ctus maximo Lędę amore detinebatur, quare cantu et alijs blandimentis pro amantium conſuetudine qui uarijs ſtudijs mulieres fallunt illam in ſuum amorem conduxit, propterea eum in cicnum conuerſum tradunt, quia ſenem et capillis, et toto corpore albefactum. Ideo cantu, quia blandis ſuaſionibus, quibus mulieres falluntur, et etiam cantu qui ſibi uel ſuis miniſtris canendi maxima facultas erat. Ea cicnis omnibus natura uel conſuetudo eſt, ut cum proclamant cæteræ aues ſileant. Cum ergo Iupiter illam plurimum diligeret cæteri ab ipſius amore abſtinuerunt, quod autem ex Leda ouum genuerit, quia aues omnes mediante ouo pullos gingunt, ea tamen potiſſimum ratione tradidiſſe arbitror, quia eodem partu geniti in eadem matrice tanquam in una oui teſta uel in eàdem ſecundina continebantur. Quidam uero tradunt Helenam & Pollucem unà fuiſſe genitos, quia uno partu et Caſtorem alio ouo & Tindari fuiſſe filium, Propterea Helenam & Pollucem immortales faciunt, quia Iouis immortalis Dei fuerunt filij, ſed Caſtor ipſius Tindari mortalis hominis filius fuit, uel aliter, cum Pollux et Caſtor Phœbē et ſorórē ipſius, ſcilicet Leucipi filias rapuiſſent quæ Liceo & Idæ fratribus diſponſate fuerant, Tunc Caſtor, à Liceo, Sæuo Duelo pro coniuratione amantiũ occiſus fuit, poſtea uero Liceus alio bello à Polluce ſuperatus fuit, quare Pollux morte Licei Caſtorem immortalem fecit, quod poſtea in Sidera conuerſi ſunt, ut illos deificarent, & etiam quia ſideribus illis pulchritudine aut bonitate, uel

malitia ſimilitudinem acceperunt. Ideo Helenam ſtellam quandam malam dicunt, quia malorum euentuum ſignificatiuam, Caſtorem autem et Pollucem conſtellationes bonas, quæ immortalitatem ſibi ea ratione partiuntur, quia poſtquam Caſtor occiderit Pollucis Sidus apparet, Seniores prætereа illi uates tradiderunt Iouem immortalem, & quod faciem rubicundam in ſimilitudinem rubentis Etheris habebat, omnis etiam Libia Iouem arietinum caput habere dicebat, & illius ymaginem arietino capite formauerat, & dubia & inuoluta eo capite reſponſa dabat, præterea Iupiter in nemore quodam Epirotico per Columbas futura ſignificabat, & quibuſdã ſacerdotibus, & alijs rogantibus pro Dei uoluntate reſponſa dabat, hic præterea Iupiter in inſula Cretẽſi uetuſtiſsima atq; ditiſſima nutritus fuit, & longiori tempore apud incolas illos uerſatus. Moralis expoſitio per Iouem cuiuſlibet hominis potentiam intelligimus, per Lædam inuidiam ſiue iniuriam, per Tindarum cuiuslibet alterius hominis poſſe debilius. Auari ergo a pauperibus diuitias fraude ſurripiunt, & tyranni ab eorum Ciuibus pernicioſe, ſed præſtantiores Principes uel bello, uel Ciuium oppugnatione tyrannos ſuppeditant, propterea ſe in cicnos conuertunt, quia optima ratione ſe id facere profitentur, quoniam auari ad uſuram dant, ut pauperibus ſubueniant, ſed tyranni a Ciuibus rapiunt, ut pacifice reſpublicæ tueantur, & Imperatores ac Pontifices maximi tyrannos expugnant, ut ipſorum dignitatẽ ſuorumq; magiſtratuum iura ſer-

uent, & aliquando potenti Claſſe uel maximo militum aut peditum exercitu aduerſantes fidei noſtræ impugnant collectis tamen diuitijs pauperum habundant, & ſic potentiores omnes a ſolita & inſita ſibi deitate degenerant, beſtiali cieni albedine ac uetuſtate, præterea cantu quia falſis ſuaſionibus & diuitias & oppreſſorum uires diripiunt. Cum ergo potentiores ad inferandam iniuriam ſine uerecundia & maxima cũ perfidia irruũt neceſſario ouum naſcitur, quia turpitudo & immunditia quædam ex qua oui craſior illa teſta formatur. Et quandoq; uita, & alimenta pullorum ſurripiuntur, quia in albumine uita & in rubeo alimentum conſiſtit, potentiores & maxime tyranni aliquando diuitias tollunt, & aliquando ciues necant. Ex illata igitur iniuria ſæpenumero tres mali filij naſcuntur, primo Helena quia maxima ſcandala & diſcordiæ quæ mulieribus ſimilantur, Nam Helena omnem Græciam ac etiam omnes Teucros in diuturnum ſeuiſſimumque bellum perduxit, ſecundo Pollux quia bella & oppreſſiones maximæ, tertio Caſtor, quia hominum maxima ſtrages & deuaſtantur Opida & Vrbes a ſuis ſolitis Ciuibus priuantur, Helena propterea immortalis eſt terra quia ſemina diſcordiarum nunquam ex hominum mentibus excidunt, & bella, quæ inde ſequuntur ſimilem quaſi immortalitatem accipiunt, nam propter Helenæ raptum fratres eius cum Argonautis bellum ſumpſerunt Argonaute cum Thebanis. ſed Thebani ac totius Græciæ Principes cum Theucris perpetua bella

geſſerunt, propterea Helenam & Pollucem immortales tradiderunt, ſed quia Opida & Ciuitates ſunt aliquando fertilia et ſitus oportunitate digniſsima ſicut Præclara hæc Venetiarum Ciuitas, Ideo ſi diuturno bello diuitiarum copiæ ex hauſtæ ſint, Si propter ſæuiſsimas peſtes multi homines perierint & cito & facile ab omni iactura reſtituitur, ut breui tempore nihil mali pati uiſa ſit, ideo Caſtor, quia ultimata Vrbium Deuaſtatio & Ciuium deſolatio, non ita mortalis apparet, uel aliter ſi Iupiter, quia potens uir a ſua dignitate et a bene ſibi merita uirtute deciderit, in cicnum, quia in beſtiales mores conuertitur & plurimum a ſibi debita præſtantia, & uenuſtate degenerat, præſertim ſi fraude iniuriam cuiquam intuleuit. Ex hac itaque deteſtanda in latiorem ouum naſciiur, quia infamiæ turpitudo & poluta quadam conſcientia in homine male operante. Ex hoc autem ouo tres mali filiij naſcuntur quia maliuolentia & detractio, ut Helena, ſecondo timor ultionis ut Pollux & quandoq; perhennis pœnitentia ut Caſtor, præterea ſeniores illi uates Iouem immortalem dicunt, quia peripateticorum ſententia ſupercœleſtes formæ ac ſupercœleſtia corpora ſunt immortalia; quæ nec generationem acceperunt, nec corruptionem patientur. Stoici autem, & maxime Plato mundi huius Principipium tradit quamuis finem nunquam ſit habiturus & quia nunquam ſuorum motuum aut inſtitutionum ordinẽ permutarunt, ideo immortales tradunt chriſtiani mundum habuiſſe principium & habiturum finem uo

fuerunt. Quod autem Iouis facies rubicunda ſit, quia omnis planeta & omnis ſtella quamuis illuminetur a Sole, tamen ſecundũ diſpoſitionẽ materiæ diuerſimode coloratur. Quare Iupiter candentem colorem habet, mars igneum, & Saturnus obſcurum. Arietinum etiã caput habebat quia cum Sol in ariete cntinetur ualidiores uẽti fiunt, & in decimonono arietis gradu Sol exaltatur, quod etiam per columbas in nemore epirotarum futura ſignificet, quia cum Veris tempore oriantur uberem Cererem & frugum incrementa manifeſtant, quod etiam in inſula cretenſi fuerit nutritus quia illic homines primũ dijs ſacra obtulerunt. Spiritualis expoſitio, quamuis multa & quidem præclara a præceptoribus noſtris tradita ſint, tamen pro dignitate fidei noſtræ in meliores ſententias referemus. Per Lædam igitur Dei Eccleſiam intelligimus, per Tindarum regem populum Iudaicum & Principes ſacerdotum qui uetuſtiſsimo quodam iure ſibi eam legittitime deſponſauerant, per Iouem autem Chriſtum intelligimus, Hic in cicnum conuerſus et cantu et alijs blãdimentis a Tindaro rege Lædam rapuit et ſe illi perpetuo fœdere copulauit. Ideo in auem conuerſus, quia totus ſpiritualis fuit. Sed in cicnum, quia puram ac ſenilem humanitatem aſſumpſit et candidiſsimis plumis compertam, quia mundiſsima carne et puriori ſanguine uirginis in qua etiam nulla uis originalis peccati continebatur, Cantu illam rapuit, quia ſanctiſſimis et ornatiſsimis prædicationibus, quia dulcia fuerunt eloquia ſua faucibus meis ſuper mel ori meo, mul

tis præterea blandimentis, quia infinitis prope numero miraculis. Cum ergo a Pſeudo illis Prophetis ac Principibus ſacerdotum Lædam rapuiſſet, et ſe illi copulaſſet ouum exortum eſt, quia Heucariſtie ſacratiſſimum corpus ſub quo duæ naturæ continentur. Album quod candidiſsimã diuinitatẽ ſignificat et rubeum quod Chriſti humanitatem rubea carne uelatam demonſtrat, heæ tamen duæ naturæ uno forti ac ſolido cortice continentur, quia corpus illud et accidentia oĩa ſine ſubiecto perſiſtunt, neque cortex extriſecus apparens uiſui repreſentat, quæ intriſecus continentur, quæ re non a corpore, quod extrinſecus apparet duæ illæ naturæ ſupponũtur, ſed a diuina perſona uerbi in quo duæ naturæ quã maxime differentes ſupponitantur, harum tamen rerum perfectæ cauſas ignoramus. Ex hoc ouo tres filij rectæ aſſumẽtibus naſcuntur, primus cordis ſumma quædam concordia, quam Helena ſignificat quæ nunquam a Paridis uoluntate diſceſsit, ſecundus filius eſt Pax quædam in mentibns iuſtorum per quam optimas operationes manifeſtæ producunt, hic Polux qui eodem ouo cum Helena productus eſt poſt hanc diuturnam pacem et iuſtas operationes uitam promeruemur æternam, et ſic Caſtor oritur, quod ſi ouum hoc iniuſte quis ſumat reus erit corporis et ſanguinis Domini et iuditium ſibi manducat et bibit indigne, propterea probet ſeipſum quiſque, et ſic de pane ædat et de calice bibat, ne inde tres mali filij generentur. primum enim naſceretur mentis quædam diſidia quæ uitiate Hlenæ ſimilatur, ſecundo perniciosſum bellum,

q̃ Polluci comparatur, qui Liceum iniuſtæ necauit, ter tio æternum ſupplicium Caſtor interfectus promeruit cum iniuſtæ Ydam atque ſororem rapuerit, præterea dicimus quod ſicut diuinum uerbum in cicnum conuerſum naturaliter ac ſua ſponte admirandum hoc ſacramentum inſtituit. Sic etiam Chriſtiani omnes qui a Leda ſcilicet ab Eccleſia ſacerdotalem dignitatem acceperunt præmiſſis quibuſdam uerbis quæ Chriſti eruditione accepimus hoc ouum, quia hoc diuinum ſacramentum conficiunt. Sacerdotes igitur et orationes Chriſtiane in cicnum ſe conuertant, ut admirandum hoc ſacramentum conficiant, primum in auem ſe conuertant, quia ſpirituales fiant, et quæ ſurſum ſunt apoſtolica eruditione ſapere intendant principaliter tamen in cicnum uertantur, quia plumis candidiſſimis induantnr, nam armis lucis induere nos oportet per naturã enim contritionem ſenilem et candidiſſimam mentem eſſerrimus et obtuſo roſtro gemitum proferre debemus, quia puram confeſſionem agere, ſed longo collo, et ad aliud latus declinãte ad confeſſionem accedat, quia cum humili ac ſenili deuotione, ſed magno et claudo pede, quia uno tantum pede ad ſatisfactionem pergimus, nam uoluptates et affectus quos duobus pedibus facile proſequeremur uno tantum pede ſequamur, nam ſupra ſiniſtro rationem uitæ ſtabilire oportet, propterea pes iſte magnus eſt, quia cibus potus ſupremus et uigilia cæteræ etiam uoluptates maxima uirtute ſunt moderande, dexter autem pes in altum eleuetur, quoniam appetitus honorum diuitiarum et maximarum præ-

lationum, quæ periclitare homines ſæpenumero faciunt diuina uirtute leuetur, et in altum multum contineatur, uerba quibus ſacramenuum conficitur ſacerdotibus cõ ſtant. Multi tñ *ſpiritualiter ſacramentum illud conficiunt ſicut* Chriſtus *multos et corporali et ſpirituali morbo languentes perfidem ſaluos fecit, immo qui ſacramentum illud rectæ uident pie comedunt, et qui uere credunt etiam cordis ore comedunt, quia ſicut* Centurio *ſola fide amantiſsimi ſerui ualitudinem promeruit ſic nos perpetuam animi ualitudinem promerebimur, et per immortale aſſumptum immortales efficimur, non enim dabit* Dominus *ſanctum ſuum uidere corruptionem, quia erimus cum* Chriſto *ſacerdotes in æternum ſecundum ordinem* Melchiſedech, *non ſolum ergo* Chriſtus, *ſed ipſum ſumentes immortales fiunt,* Iupiter *etiam noſter arietinum caput habet, quod* Ioannes Baptiſta *nobis manifeſtæ monſtrauit, cum dixit, ecce* Agnus Dei *qui tollit peccata mundi.* Et Ioannes Euangeliſta *uidit agnum ſoluentem librum quem ſoluere nemo poterat, quod etiam per columbas in nemore epirotico reſponſa daret quia per columbas* Sanctum Spiritum *in hunc mundum tanquam in umbroſum nemus ac obſcurum traſmiſit.* Si *præterea* Sol *iuſtorum mentibus infulſerit, quæ tanquam* Orientes Pleiades *ſunt in linguis loquentur uarijs ſupra ægros manus imponent et bene habebuut, et ſi mortiferum quid biberint non nocebit eis.* Iupiter *etiã in inſula* Cretenſi, *quia* Chriſtus *in hoc terreſtri mundo in medio maris cõtinetur tanquam uerus homo nu-*

tritus

tritus fuit. Poſtea templa & aras & ſacra prophetarum imitatione & ſanctorum inſtitutionibus ſibi parauimus. Si prolixa oratione hoc aliquando exquirimus. Ita res maxime ac ſublimes expoſcũt, præterea incredibili uoluptate recreor ſi tecum dilectiſſima filia quicquàm ago.

Qualiter beata uirgo fuerit a poetis ſignificata. Cap. XV.

IVNONEM ſeniores quidam uates, Iouis ſororem & coniugiem arbitrabantur, Si autem plus eruditionis plus diuini luminis accepiſſēt, illã matrem atque Iouis filiam tradidiſſent, quia Iuno & Iupiter omni neceſſitudine coniunguntur, hæc tanquàm regia uirgo dextera manu ſeptrum tenet, ſiniſtra pomum aureum multis lineationibus diuiſum, capite coronam prætioſſimis gemmis ornatam geſtabat, facies & reliquæ corporis partes nubibus tegebantur, & ſplendenti Iride circundatur, nunc aureã & aliorum colorum ueſtem induerat ut pro illorũ uarietate omnis fruſtaretur intuitus, hæc dea regibus ac diuitiis omnibus præeſt quæ a Neptuno nutrita fuit nihil p ſeipſam faciebat ſed alieno ſemper ſuffragio utebatur. hæc nuptiarum dea & partubus ſẽper aſiſtit, ante ſponſas faces deferri iuſerat. & antè lares ſponſi nuces proicebantur quæ maximis clamoribus a pueris colligebantur, hanc deam lucinam & por

tárum deam appellabant, ſimiliter flumoniam, Februalem, interducam, domiducam, uxiam, ticiam, ſoſicenam, populionem, curiciam, pluraque illi nomina tribuebant pro meritis deæ. Pauones huic deæ conſecrantur qui pedes eius lambunt ſibique ſemper aplaudent, multas miniſtrantes deas habet quas omnes cum plurimum dilexiſſet Maiam omnibus præfecit. Moralis expoſitio philoſophantes primi qui omnium effectuũ cauſas diligẽter inquirunt ignem & aerem quibus agendi magna uis inſita eſt mares diffiniunt ſed terram & aquã quæ ſuperiorum elemẽtorum uirtutes accipiunt tanquàm feminas arbitrantur nam ſuperiora elementa quia inſitã caliditatem habent & in mõ ſuæ ſubſtãtiæ ſunt ſubtilia maſculina ſunt. Sed inferiora quia frigida & immodo ſuæ ſubſtãtiæ craſiora pati & feminea eſſe uoluerũt. Sed poetæ hominum mores animaduertunt quid præterea rebus pro ipſarum dignitate conueniat. Ideo aerẽ feminam dicunt quia nihil mollius & igni ſubeſt ſicut femina uiro, Nos autem horum ſimiis addicimus quia aer a ſupercœleſtibus corporibus & ab elementis plures immutationes accipit quàm cætera elementa. Ideo feminam dicimus. Actiones aeris in corporibus inferioribus non ſuis ſed aliorum uiribus producuntur: Ideo Iouem quia ignem marem. Iunonem quia aerem feminã Neptunum. ſ. aquam & plutonem quia terrã mares diffiniũt, Iupiter ergo quia ſupereſt et in aerem calorem infundit uir dicitur & Iuno quia inferior & ſuperioris, Ignis uirtutem ſuſcipit, Ideo uxor hæc duo elemẽta cõtraria ſe alteratione permutant, Sunt etiam fra

ter & ſoror quia ex eodem geniti parente. ſ. Saturno quia deo optimo maximo ſimilem quaſi ſubſtãtiæ modũ acceperunt, præterea hæc duo elementa etiam aliis neceſsitudinibus copulantur, quia ex igne aer, ex aere ignis generatur Ideo patris matris & filii quiſq; rationem accepit, Iuno uirgo dicitur quia nullum corporeum ex ipſa generatur, & a Neptuno nutrita fuit quia ex uapore aqueo aer continuo generatur, Ideo alieno ſuffragio utitur quia aer ad agẽdum nõ ſufficit ſed Neptuni Aeoli & nimpharũ ſuffragiis ad agendũ potentior redditur, Ideo Iuno coronam fert quia diuitiæ ſunt propinque regno & influxus ſupercœleſtium corporum quia in aere continentur ſunt & auri & omnium mineralium cauſæ. Præterea diuitiæ cum ad homines peruenerint ſicut aer facile permutantur, faciem habet uelatam quia diuitiæ ut plurimum ſunt latẽtes, Iuno etiam diuitias parit quia diuitiæ ſunt prægnantes nam tumere homines faciunt & aborſum aliquando prouocant quia diuitiæ et ſors aliquando ſic pereunt, nubibus uelatur quia aer nubibus tegitur & Iunoni ſubminiſtrãt & ab Iride circũdatur quia Iris aerẽ circuit & Ibidem generatur. Hanc Iridẽ poetæ omnes Theumantis filiam tradiderũt quia ſtupore & admiratione quadam generatur per multiplicationem radiorum ſolarium in nubem aquoſam tamen differentes colores omnium hominum admiratione producuntur. Maximos etiam & differentes ornatus habet qui cito deſitiunt. Similiter diuitiæ maxime exornant homines facile tamen ſurripiuntur Iris præterea eſt belli nũtia ſicut Mercurius concordiæ ac pacis

quia diuitiæ homines contumelioſos faciunt et freti opibus facile concitantur ad bella, ſed dextera manu Iuno ſeptrum tenet quia diuitiæ maximam imperandi uim habent & ſiniſtra pomum aureum multis lineationibus diuiſũ quia mundus inferior multas regnorũ et prouinciarũ diuiſiões patitur quæ in mẽtibus hoium multas lites ac diuiſiones pariũt. Hæc dea ueſtem habet auream multis coloribus ornatam quia maxime auro ditantur homines neque cætere opes ita ſplendere homines faciunt. Pauones Iunoni cõſecrantur quia uaria genera diuiciarum multa diuitum ornamenta ſignificãt, ſicut pauones caudam erigentes anteriora exornant & poſtiora turpiora apparent, ſimiliter diuites cum opibus habundant omnem eorum uitam exornant cum autem diuitiis caruerint turpes quia ignominioſi fiunt, uel aliter diuiciæ ſplendere homines faciunt ſed affectus eorum uoluptuoſi & frequenter praui ſunt qui homines deformes reddunt, ꝙ autem maiam plurimum dilexerit quia cum ſolem in Tauro in cuius pede eſt ſtella quædam ſplendens tunc aer magis luminoſus & temperatus fit nam tempus ueris & uoluptuoſum & ſaluberrimum a medicis diffinitur, poetæ multa nomina illi deæ tribuerunt cũ ad multas actiones poſſe illius extenderetur, lucina quia naſcentibus lucem fert puer cum primum animatur expirat & inſpirat cum autem exoriturad manifeſtum et clarem aerem ducitur fluonia quia mulieres a fluoribus liberat, Februalis quia mulieres a menſtruis & ſecundina in partu purgat cum februo Idem ſit quòd purgo Interduca quia nubentes puellas Per iter ducit antequas

faces ferabantur quia multis præclaris uirtutibus mulieres ad matrimonium accedere debent,nuces ante lares proiiciebantur ut clamore puerorum colligẽtiũ gemitus ſponſarum coitu laborantium non ſentiretur,domiduca quia ſponſas ad maritorũ domos ducebat,unxia quia ſponſæ ungebantur,et poſtes domus ſponſi exornabãtur Cinxia per oppoſitum quia cingulum caſtitatis admouet ſocicena quia mulierẽ maribus aſſotiat uel ſacicenã quia mulieres in labore partus & coitus liberat.Hanc Iunonem mulieres ita præcibus exorabant ſicut chriſtianæ parientes et languẽtes beatam uirginem populinã.quia populos multiplicat curitia q̃a curu regio cum oĩ admiratione uehitur.Multa enim & maxima prodiuitum dignitate efferimus. Spiritualis expoſitio ſapientes qui Chriſtum imitantur præclara magis poeſi tradiderunt per Saturnum deum optimum maximum intelligemus per Iouem Chriſtum per Iunonem beatã uirginem per aquam eccleſiam catholicam per terram petrum ſuper quo tãquàm fundamẽto cetera ſpiritualia elementa fundantur hoc itaque ordine noſtræ fidei elemẽta glorioſus & ſublimis deus æterna ordinatione inſtituit.Sed horũ elementorum actuales & potẽtionales qualitates poſt aduentum Chriſti manifeſte fuerunt beata uirgo regina cœli & domina diuiciarum paradiſi coronam fert facie uelatur per honeſtatem nubibus tegitur per mundiſſimã caſtitatẽ Ab yride circũdatur a potẽtia patris alba & ſapiẽtia filij uiridi & a rubẽte amore ſancti ſpiritus cõtinetur.hæc yris Theumantis quia admirationis filia quoniam admirandum ac ſtupendum eſt trinita-

tis miſterum ut neq; hominum neq; angelorum Ingenia in eo perfecte ferantur dextera manu pietatis & miſericordiæ ſeptrum tenet quo animas ex morte reuocat, quia peccatores ad gratiam reſtituit & illos perpetua gloria paradiſi dignos facit. Si autem peccatores perfidioſe uitam agunt perpetua morte damnantur. Siniſtra pomum aureũ multis lineationibus diuiſum quia iuſtis præmia confert et prauis ſupplicia infert quare bonos in eminentiori mundi parte locat et prauos a diuino cenſortio abdicat, beata uirgo in ueſtitu deaurato circũamitta uarietate nobis ſignificatur q̃a multis uirtutibus exornatur maxime tamen dei amore et proximi caritate. A Neptũo nutritur quia iuſtorum lacrimis et amaritudine cordis eorum quare Iouem quia Chriſtum ſemper exorant et diuine maieſtati ſupplicat, hac. Itaq; actione Iuno nutritur, q̧ autem ſemper alieno ſuffragio utatur et nihil per ſe operatur quoniam agit per patris potẽtiã ſapientiam filii et amorem ſancti ſpiritus quæ per angelum ſignificantur quia dominus tecum potẽtia patris illi tribuitur et quòd ex ea naſcetur ſanctum uocabitur quare ſapientia diuini uerbi infunditur et ſuperueniẽs ſpiritus ſanctus eã obumbrauit. Ideo nos continuo amore tuetur et ad eã tãquàm ad fontem pietatis accurrimus, pauones quia uiri ſancti et religioſi omnes ſibi aſſiſtunt et uiam admirantur ac pedes lambunt per ſedulitatem deuotionis & procliuitatem humiliationis, hæc præterea ſacra Iuno Aeolũ mittit quia impulſum ſacræ inſpirationis ut per multas fluctuationes quia noſtras cogitationes nauis. ſ. anima noſtra ad portũ

*ſalutis Impleatur, quibuſdã tamen ſacratas nubes tranſ
mittit nunc autem clariores nunc obſcuriores ſcd͞m di-
uerſa uirtutũ genera quibus plus aut minus tegimur. Pro
pterea uere Maiam amplius dilexit quia uirginitatem
cæteris omnibus uirtutibus antepoſuit. Hæc ſtella in pe
de tauri locatur quia in fortitudine affectus & uolupta
tis quæ cum a ſole quia ſapiẽtia diuini uerbi iradiatur
præcæteris fulgentiſsima apparet. Virginitas enim tan-
quàm dux cæteras uirtutes antecedit. Hæc Iuno eſt Iouis
ſoror quia ab eodem geniti parente diuerſus tamẽ fuit
modus generationis amborum quia filius per eternam
generationem ſed filia per temporalem, eſt etiam Chriſti
ſoror per intimam caritatem mater per ueram incarna
ti uerbi generationem quia uerbum diuinum carnem aſ
ſumens factus eſt uerus hõ quia ex puriſsimo ſanguine
uirginis materialiter potẽtia et diuini patris agẽte et uir
tute ſpirusſancti formante genitus eſt Chriſtus. Hæc
præterea uirgo eſt Chriſti ſponſa per intimam dilectio
nem ſubeſt autem propter excellentiam deitatis in
filio a quo perficitur et dignificatur ſicut mulier a uiro
perfectior & digna magis fit. Multa huic noſtræ
Iunoni nomina tribuimus per maximarum ſuarum uir
tutum excellentiã, primo lucina quia & animabus Iu-
ſtorum & impiorum lucem fert & parientibus & bo-
nas operationes producentibus ex tenebris, quia pec-
cator abſcuritate ad aerem claritatis. ſ. uirtuoſam uitam
perducitur & c. dicitur poetarum dea quia iuſtorũ men
tes aperit ut ſpiritus ſanctus ingrediatur fluonia quia
peccatorũ animas a fluoribus liberat quia lachrimis de*

uocte fluentibus ſalui fiunt & poſt partum peccatorum contritione & ſatisfactione liberantur, Februalis quia nos a peccatis purgat, Interduca quia animas quæ Chriſto nupſerunt per cœleſte iter ad perpetuam gloriam ducit, faces ante ſe ferebant ue quia Noui & ueteris teſtamenti lumen habere debent ut iam caſtitatis lumē et bene agendarum rerū incendant, Nuces ante lares proiciuntur et a pueris colliguntur, Nam cum ad religionē aliquis accedit tunc pueri, quia indocti homines admiratione ducti fortius inuehunt, quamobrem gemitus dolores et Religioſorum flagella non ſentiunt, Domiduca quia nos in habitationem ſanctam ducit, ubi perpetuo ſumus manſuri, Vxia quia nos ſalutifero criſmate inungit, Cintia quia iuſtorum animas caſtitate cingit, Socinea quia Chriſto animam noſtram coniungit, Populion quia Chriſtianum populum multiplicat et in peccatis labefactos ad Chriſti fidem aduocat, Curitia quia curru ducitur, quanto tumen ſplendore alibi monſtrabimus.

De iis qui præter eorum merita gratiam a beata uirgine conſequuntur. Cap. XVI.

SENIORES quidam uates nobis præclare tradiderunt quòd Yſion flegiæ regis Theſſaliæ filius regnandi gloriam ſummopere cupiens, Iunonē uehementius dilexit et ab ea coniugiū petiit, Iuno autē ad ſuā ſimilitudinē nubem exornauit, cum qua Yſion coiens Centauros genuit

nit quorum uiribus atq; præſidio regnum occupauit. Sed quia Yſion tyrānide populis imperabat, regno expulſus eſt et ad rotam perpetuo uolubilem damnatus. Moralis expoſitio Yſion & quicunque tyrannus qui fraude uel ui regnum ſurripit, Iunonem ſe amare ſignificat quā regnorū et diuiciarū dominā diffinimus. ſed quia Iuno eſt Saturni filia quia dei optimi maximi, Ideo tyrannos dedignatur, propterea nubem quia fictum Imperium et iniuſtum dominium illis permittit, ab hijs Cētauri generantur, quia uiribus æquæſtriū et bellicoſorum hominum ſuos ciues opprimunt et eorū bona ſurripiunt ideo a dominio expelluntur et ad rotam perpetuo ſupplicio damnantur, quia a ſublimi imperio ad perpetuam infamiam et inopiam deiciuntur, Imo dixerunt Aſtrologi quòd ſi ſtelle fixe dant dona grādia ut plurimū terminantur ad malum, quia ſi dominium fraude uel inſolito more ad aliquem peruenerit qui regiminis rationē ignorat, a dignitate dominii excidit ymo repellitur. Sed quia de Centauris ſermo incidit ueteres quidam uates uoluerunt quòd Theſſalus rex bobus ab hoſtro agitatis et ferè perditis ſatelites miſit ad illos recuperandos, qui cū ad curſum non ſufficerēt equos conſcenderūt quare ueloces ab aure facti ſunt, præterea cum equites illi numero centum ad fluuium pœneum equos duxiſſent et inclinatis capitibus potarēt, Poſtera pars equi et media pars hominis ſuperior uidebatur quare a longe inſpicientes ſemi homines & ſemitauros tradiderunt. Quidam uero expoſuerunt ut uelocem uitæ curſum ſignificarent qui ad equi ulociſſimum curſum comparantur, uel quia ſate-

lites, uel urbium expugnatores rapina uictores facti in Centauros permutantur quia immanes facti ſemi homines fiũt quia mediam rationalitatis partem amittunt, et poſteriora quia omnis illorum uita beſtialis apparet. Spiritualis expoſitio Yſion quia praui & iniuſti hoĩes maxima liberalitate ac pietate beate uirginis freti gratias et munera expoſcũt q̃a diuitias gloriã ualitudinẽ et filios. Sed hæc ſacroſancta Iuno non ſe prauis hominibus coniũgit quamuis tamen petionis effectum illis largiatur, quare ſub forma nubis pernitioſis hominibus cõiungitur ex hiis Centauri generãtur quia mala illis mens inſurgit & male cogitationes, quare prauos effectus producunt, et niſi a malis cogitationibus abſtineant & prauis operationibus ſe contineant perpetuo ſupplicio rotæ damnantur, quia ſi præcibus, et interceſſionibus a beata uirgine diuicias honores filios ualetudinem uel alia præclara ſuſceperunt ad illorum ſupplicia conuertuntur et tandem ad inferna damnantur ubi perpetuo ſupplicio rotantur.

De hijs qui nunc ad uirtutes nunc ad uitia pro ipſorum inconſtantia permutantur. Cap. XVIII.

PRINCIPES *et cæteri feré homines maximas philoſophiæ aliarumq; optimarum diſciplinarum delectationes omittunt et corporis uoluptatibus intenti ſtudent quo pacto has facilius proſequantur et in contem-*

ptionem ſepenumero quo uoluptates maiores exiſtant, ut enim omni diſcrimine illas aſſequi ualeant. Iupiter ergo & Iuno diſeptare aliquando, ut ualde magis ad generationem conferant, qui præterea magis an uir an mulier in coitu delectentur quiſq; ſolerti ingenio pro conſuetudine diſeptantium ſuam cauſam tuetur & argumenta fortiora inducunt, tandem Tireſiam conſuluerũt qui utriuſq; rationem nouerat & uiri & mulieris blãdimenta perceperat. Hic autem ſnĩam tulit ꝙ mulieres tres uncias uiri tantũmndo unã, prætereaꝙ mulieres tot uoluptatis partes in coitu perciperent, uiri uere unam Iuno autem grauius ferens ſententiam mulieribus aduerſantem Tireſiæ oculos caligine uelauit ne longius aſpiceret, Iupiter uero illi miſertus rationem ꝑphetiæ ipſum edocuit, ut ſi ob Iunonis Ira uiſu caruiſſet, Saltem Iouis pietate ſignificare hominibus poſſet et cæteris rebus qđ futurum ſuo fato contingeret. Veteres præterea illi uates hunc modum tradiderunt quo Tireſia nũc in uirum poſttea in feminam uerteretur, Nam cum duobus ſerpẽtibus coitu decertantibus occurriſſet hos uirga percuſſit & in marem conuerſus, cum autem poſt ſeptenium et ut uerius dicam poſt ſex menſes hiis ſerpentibus decertantibus occuriſſet eos uirga percuſſit & Tireſia in mulierem conuerſa eſt. Moralis expoſitio philoſophi qui omnium rerum ſtudioſe cauſas inquirunt quàm maxime dubitare ſolent, an ignis an aer plus ad generationem cõfirmãt conferãtue, et an mas ſiue mulier qui præterea in coitu maiorem uoluptatẽ percipiant, Huius diſſeptations in noſtris naturalibus libris præclare ſenten-

tiam tulimus, ueruntamen hoc loco ueriorem opinionem breuiter proferemus. Iupiter quia ignis ad cuiuslibet mixti generationem concurrit nam calefacit ſubtiliat & ſingulas mixtorum partes meliores reddit quòd ſi corpulentum uel materiale principiũ pro generatione cõtulerit tantummodo quantum uirtutem ignis admixtionem deferre poſsit, licet aere non ſolum uirtualiter ſed etiam materialiter cuiuſcunque mixti compoſitionem ingreditur, quia caliditas & humiditas ſunt mixtorũ omnium principaliores cauſæ, una tamen ſicut agens et forma quia caliditas et altera ſicut patiẽs & materia quia humiditas, præterea ſi aeris & ignis conſimilis quantitas in eodem mixto recipiantur in pedali aeris decuplum materiæ reſpectu pedalis ignis continebatur, & in aqua decuplum ad aerem & in terra decuplum ad aquã tamq; hæc ſit elemẽtorũ ratio ſiue proportio. Ignis præterea ſi mixti compoſitionem ingreditur et in eo uirtualiter & materialiter contineatur tamen neq; animata neque in animata in igne debite locarentur quia ſua calidite mixtum, omne, diſſolueret. Sed aer tripliciter mixtorum generationem perficit, primo quia interſecus mixtorum compoſitionem ingreditur, ſecundo quia ipſorum poroſitates aere replentur & uiuentia pro cordis refrigerio aerem attrahunt, tertio quia omnia quaſi corpora in aere continẽtur & ab eo tanquàm naturali aerem attrahunt et in loco ſeruantur. Tria itaque iuuamenta ex aere mixta ſuſcipiunt ſed unum tantum ab igne, præterea dicimus quòd duo ſunt conceptionis tempora et duo ſimiliter pariendi nam tempore ueris ſemina in terrã

iacimus & animalia coeuntia ſimiliter conueniunt. Sed æſtate terra conceptum parit & uegetabilia & animalia plurima generantur, quare Tireſia in uere concipiẽs et æſtate pariẽs mulier diffinitur, ſed neque autũno cõcipit neq; veme parit quare ſterilis factus mas diffũditur. Per hos duos ſerpentes duo generationis principia intelligimus quorum quidem alterum actiuæ alterum uero paßiuæ concurrit, quòd autem illos uirga percuſſerit quia licet temporum diſpoſitiones illis uim incutit, quia eſtatæ per caliditatem cuncta diſponit veme per frigiditatem cũ a ſupercœleſtibus uirtus generãtiũ ſeminum multiplicatur. Item terræ & aliorum concipiẽtium inſata uirtus diſponitur ac pficitur quia particulari et uniuerſalis cauſa generationẽ comples, Ideo a motu & uirtute ſupercœleſtium corporum anni tempora uariantur & elementa ad generationem compellũtur ex quibus mixta omnia generantur. Quòd aũt a Iunone Tireſia excecatur quia tempore vemis aer ſua turbulentia niger apparet, hæc itaque aeris turbulentia et Tireſiæ et illis qui cõtinẽtur in aere uiſũ prohibet, licet Iouis, quia ſolis caliditas et tenuis quidam ſplendor qui ſingulo die tenuior apparet vemis aſperitatẽ leniũt & omnibus uegetabilibus et animantibus ſpem in ſe policẽtur, ex hac igitur præſignificatione prophetiæ ſententiam habere dicatur: Præterea mulieres plus de materia pro generatione conferunt quàm uiri nam in eis ſperma et menſtrua continentur. Sed in uiris ſperma ſolummodo, hæc ergo materialia principia in mulieribus pluſquàm ad triplum ſuperant quã uirorum, præ

terea uiri tantum unam uoluptatem et quidem maximã coitu percipiunt cum proprium ſemen eiciunt, Mulieres autem triplicem uoluptatem percipiunt, primo ex ſuo ſpermatis emiſſione, ſecundo cum uiri ſperma ſuſceperint, tertio ex uoluptuoſa in membris genitalibus confricatione ſiue contactu, hæc tamen in naturalibus libris diffuſe mõſtrauimus. Tireſias ergo quia tẽpus ſiue ãnua conſtitutio ſe triplum a mulieribus quàm a uiris acce piſſe profitetur, et circa medium martii ſole intrante principium arietis prægnans fit et in mulierem conuertitur ubi ſol a ſua dignitate ac poſſe deprimitur. Ideo ſterilis factus et autumno et Hieme mas efficitur et ſic bis in anno ſexum permutat. Spiritualis expoſitio per Iouem Chriſtum per Iunonem beatam uirginem p Tireſiam Petrum apoſtolum intelligimus nam petrus tã quàm uir fortis et cõſtans crucem ferre pollicitus eſt et cum Chriſto omnia ſubire tormenta, poſtea uero increpatione ancillæ ter Chriſtum præceptorem ac parentem abnegauit, quare propter in conſtantiam et fragilitatem in mulierem conuerſus eſt, poſtea uerborum Chriſti memor factus ad primam uirilitatem reuertitur nã et ulciſcentia arma ſumpſit nec unquàm Chriſtum deſeruit, Petrus ergo utriuſque ſexus quia uiri et mulieris rationem nouit, hæc igitur reſumentes dicimus quòd ſerpentes illi duo ſunt ſpiritus et intellectus quia continentè maximo bello decertant nam ſpũs omnia uoluptuoſa obuia ſequuntur, et timoroſa deuitant. Sed intellectus et uoluptatum et timendorum aliam ſibi rationem inſtituit, uirga eſt uerbum dei a quo ſexus mutantur nam boni

facti probiores, magis, mares fiunt ſi reprobi efeminantur. Senſus ergo in baptiſmate conſecrantur ut intellectui pateant, primum oculi ut Chriſti claritatem uideant aures ut audiant diuina præcepta nares ut odorem ſuauitatis Chriſti ſentiant os ut loquatur uerba uitæ manus ut Chriſtum tangant pedes ut Chriſtum ſequantur et mēbra cætera ut Chriſto adhereant. Si ergo ſpiritus rōni pareant mas efficitur. Si uero diſcutiant efeminantur, quare ſi hos duos ſerpentes quia ſpiritum et entellectum, uirga quia diuino uerbo percuſſit omnem illorum iniquitatē repellit, Ideo Tireſias diuino uerbo prægnans efficitur et poſtea in modum mulieris optimas ac ſanctas operationes parit, nam propheta, Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt, hæc autem principaliter fiunt cum ſol in oriente continetur ubi Aſtrologorum traditione principaliter exaltatur omnia interiora perficiens. Similiter cum ſol iuſtitiæ in ariete continetur quia diuinitas in Chriſto qui tanquàm agnus nobis ſignificatur tunc ſua uirga quia ſuo uerbo nobis coniungitur ut omnes in nobis ſenſationes cogitationes et operationes diuinæ appareāt, quòd ſi ſol libram ingreditur ubi a ſua exaltatione deprimitur ſol quia diuina uirtus in nobis debilior facta, uirtutes ſeptem Cardinales et Theolegicæ quæ in nobis primum continebantur manifeſte areſcunt et uitia ſuperexcreſcunt, quare homo bonarum operationum ſterilis factus uiro inutili ac malo comparatur qui fructum non dabit in tēpore ſuo imo ipſius anima ſicut terra ſit aqua ut propheta ueræ teſtatur quia ſol illam minime calefacit &

aqua quia bonæ cogitationes illam non irigant. Sed inſtat dubietas non pro Chriſti et beate uirginis diſeptatione ſed pro ueſtra ipſorum quia exquiſitione ac ſupplicatiõe. An Chriſtus an beata uirgo plus diuinarũ gratiarum hominibus et rebus omnibus creatis et genitis cõferat, Petrus tanquàm Tireſias pro beata uirgine ſententiam fert nam quia mater omnium filiorum plurimũ miſertur et quia mulier facilius parcit et quia diues & ſpirituſancto plena plures numero gratias & maiora beneficia elargitur, ſed Chriſtus quamuis maiorem poteſtatem habeat non tamen facile delinquentibus indulget & gratias elargitur, quia omnes ferre crucem uolunt & cum ſeuis laboribus imitari, quare beate uirginis gratiæ & merita triplicantur, quòd autẽ oculi Tireſie quia Petri nube uelẽtur ac ſacroſctã Iunõe ne lõgius intueri ualeant, quia peccata in ſpiritumſanctum ſi ab aliquo perpetrãtur per poteſtatem diuinitus Petro conceſſam amoueri non poſſunt, propterea Iupiter quia Chriſtus ſibi ſpiritum prophetiæ tribuit ut omnium uirtutum & uitiorum merita cognoſceret & pro uirtutum dignitate premia tribueret et pro uitiorum turpitudine ſupplicia inferret:

Qualiter res incipi debent omnes fœlici auſpicio dei nomine inuocato. Cap. XIX.

QVAMVIS Tireſiam ſeniores uates plurima ueneratione obſeruarent cum Iupiter et Iuno maxime diſeptationis eorum iudicē delegiſſent, ſed Ianum tāquàm deum uenerabantur cum templum maximum Romæ edificauerant et aras et ſacra cū maxima diligentia inſtruxerant. Cumque Romani pacem uel bellum eſſent habituri portas tēpli maximas aperiebant, quæ propter ſonitum cardinum quibus portæ poſtibus aligantur tantum clamorē faciebant, ut ciues admiratiōe ducti in eum locum conueniebant, ut acciperent quid boni aut mali Reſpublica Romanorum eſſet habitura, Cumque templum ingrederentur ut a deo illo quicquàm expoſceret ſacra parabant, & differenter quidem ſecundum quòd anni tempora differebant, Nam Ianum prima Ianuarij uenerabantur, hūc diei deum eſſe dicebant neque illum a noctis dominio excipiebāt. Sibi præterea omnis rei principium conſecrabant & ſicut nos a deo inchoandis rebus ſubſidium expoſcimus ſic illi Ianum exorabant & eum bifrontem formauerant etiam, quidam philoſophātes ipſum quatuor habere facies tradiderunt. Moralis expoſitio Ianum annuæ reuolutioni præfecerunt et tanquàm deorum maximum prima Ianuarii uenerabantur quia præteritorum rationem tribuebat & pro futurorum euentu quid ſperare liceret nec immerito cum ma-

xima in principio agendarum rerum uis inſita ſit. Nam principium eſt plus quàm totius medietas, cuius ſi rede re cauſam uolumus a diſpoſitionibus cœli tãta uis inchoandis rebus imprimitur ut ſequentia omnia uim & principij rationem proſequantur maximam. Igitur animaduerſionem in principio nos habere oportet quia ſi luna uel ſol uel planetæ alii ad quadraturas puenerint proprietate ſuæ actionis aduerſari uidẽtur forcius tñ ſi ad cœli oppoſitam partem deuenerint. Sin autem trino uel ſextili aſpetu planetæ inchoantem effectum aſpexerint illi uim ac poſſe contribuunt, quare non iniuria ſi anni principium deificabant tanquàm res omnes ab eo principium ſint habituræ, Ideo Ianum bifrontem formauerant quia uarios ſolis ortus & occaſus edocuit & aliorum ſyderum rationes. Sed diei principaliter illum deum faciunt quia diei actiones manifeſte magis apparent quia noctis obſcuræ ac tenebroſæ ſunt, propterea faciem unam ſplendere alteram uero obſcuram habere uoluerunt, uel quia præterita manifeſte nobis ſignificat & futura occulte, qui uero illum quatuor habere facies uoluerunt quia omnis annua conſtitutio quatuor temporibus diuiditur, Hieme Vere Eſtate & Autũno, neque hiemem cæteris temporibus præfecerunt quia tempus illud conuenientius exiſtat, Sed quia præclarum & memorandum aliquod facinus principibus illis uel reipublicæ rationarum Ianuario contingiſſet, ſed ſi anni tempora in bonitate uel malitia inuicem comparentur, primum conſtat uer eſſe ſaniſſimum et omnibus uiuentibus incrementum prebere. sed æſtate quamuis om-

nia ferueant tamen ſua caliditate maximum iuuamen tum præſtat & accidētali nocumentum infert, Sed hiems ſuæ frigiditatis exceſſu p ſe nocet et accidētaliter iuuat quia internam caliditatem potentiorem reddit. Sed autumno uegetabilia areſcunt & uiuentia omnia debiliora fiunt, quòd autem in urbe pro edificatione templi locum delegiſſent, nam cū Sabini & Romani ſeuo Marte in eum locū conueniſſent & Romulus bello ſuperatus eſſet feruentiſſimæ aquæ tanquàm ex fonte maximo ſcaturiētes efluxerūt quæ Sabinos omnes fugarūt, ideo Romani & deorum & temporis & loci memores facti templum maximum Iano conſtruxerunt, quidam tamen aliter opinantur nam cum Romulus qui urbi præerat & tacitus Sabinorum princeps & reipublicæ Romanorū ſæuiſſimus hoſtis perpetuo pacis fœdere in eū locum cōueniſſent templum inſtituerunt & Ianum duas habentes facies ut duorū maximorū regū cōiunctionem et perpetua pacis fœdera poſteris ſignificarēt, poſtea cū Romani uel pacem uel bellum eſſent habituri portas Iani aperiebant ut a deo quem illi primeuum arbitrabantur & maxime obſeruabant opem expoſcerent, præterea ſenatui populoq; Romano quid præclari facturi ſignificarent. Spiritualis expoſitio omnia quæ priſcis ac barbaris illis hominibus ſiue a deo ſiue fato obſcure tradita ſunt nobis diuino uerbo clare conſtant. Nam Ioannes baptiſta ſicut ſenior ille Ianus uero bifrons apparuit quia præteritæ legis Iudeorū futurā Chriſtianorum rationem edocuit. Cum enim occulta inſpiratione ſe de proximo moriturum accepiſſet, Miſit diſcipulos ſuos ad

Chriſtum ut interrogarent an ipſe eſſet qui uenturus eſt an alium expectarent, ipſe confeſſus & non negauit, nō enim uerbo ſe Chriſtum profeſſus eſt ſed miraculis quia iuſsit ut redeuntes dicerēt Ioanni cæci uident claudi ambulant leproſi mundantur & pauperes euangelizabant niſi enim frigide Chriſtianorum mentes quæ yemi comparantur miraculis illuſtratæ fuiſſent non tantum Chriſti fides creuiſet et manifeſte poſteris apparuiſſet Chriſtus ergo tanquàm ſol fidem ueſtram quatuor temporibus diuiſit ſicut anni tempora diuiduntur. Nam in primitiua eccleſia uiuentes Chriſtianorum frigide diuino calore ac lumine fidei caruerunt, propterea quia, Chriſtus ſupercœleſtis ſol parum calorem & tenuem quendam ſplendorem illorum mentibus infulſerat. Sed poſtea quam Apoſtoli ſanctum ſpiritum diuinitus acceperunt Chriſtianorum mentes quæ primum diuina uerba ſuſceperant & aquis irigate fuerunt quæ a diuino fonte manauerant, tunc uberrimum ac frutiferum uer illis apparuit deum cum ſupercœleſtis ſol plus caloris & luminis noſtris mētibus infundiſſet tunc æſtuoſa æſtas apparuit, nam pueri puelle Iuuenes ac ſeniores non ſolum uerbo ſed omni genere ſupplicij et morte Chriſti fidem profitebantur, poſtremum uero cum hominum mentes a ſolito fidei feruore deficerēt inſitum nobis diuinitus ſemen areſcet & folia decident & fructus marceſcent & arbores ac uegetabilia ſuo nutrimento carebunt, quare a ſolitis ſibi uiribus debiliora facta uentorum impulſione uel fulminum caſu in terram ruent, poſtea uero exciſis arboribus fient faſciculi qui perpetuo igni tradentur, cū

ergo poſtremus ac pnicioſus ille autũnus aduenerit ſol & luna debiliores uerum etiam obſcuri fient, quare inferiora omnia a ſibi ſolita uirtute deficient & ultimatus omnium rerum terminus apparebit poſt quem magnũ ac uerendum iudicium fiet. Sed fertilis anni ſalubres fructus in orea quia in paradiſo mittentur, Stipites autem & arbores qui fructibus caruerunt infernali igne urentur. Quare uox illa Ioannis in deſerto clamantis parate uiam domino rectas facite ſemitas eius, quibuſdam ſonora & clara apparebit quibuſdam uero rauca & obſcura ſimiliter poſtrema dei uox in iudicio proclamantis quibuſdam clarior quibuſdam obſcurior apparebit, cũ dicet Venite benedicti patris mei quibus paratum eſt cœleſte regnum, et ite maledicti in ignem eternum hũc. præterea Ianum noſtrum diei deum diffiniuimus & noctis ſimiliter primo dei quia ſolis ſcilicet Chriſti aduẽtũ ſignificat, cũ lux orta ſit iuſtis & rectis corde letitia ſed iniuſtis tenebræ ac omnis triſtitia apparebit, quia teſte propheta pluet ſuper peccatores ignis ſulfur & ſpiritus procellarum pars calicis eorũ, præterea Romani maximum in urbe Iano templum edificarunt, nam cum Romani quia Chriſtiani & Sabini quia fidem noſtram oppugnantes in locum belli conueniſſent & Chriſti fideles ab hoſtibus oppugnarent in uirtute ſcaturientis ac feruentiſſimæ aquæ baptiſmatis hoſtes fugantur ſcilicet dæmones et pernitioſi homines imo & perniciofe quæque deſidiæ quæ infideles & debiles frequenter impugnant, uel aliter nam cum duo maximi principes quia Chriſtus & Ioannes in Iordano flumine con-

ueniſſent perpetua pacis fœdera inſtituerũt, quare Chriſtiani illorum duorum maximorum principum & loci & temporis memores facti templum maximum atque ſtupendum ædificarunt quia baptiſmum ad quod omnes Chriſti fideles conueniunt et ſuæ fidei exordium capiũt, præterea cum huius templi portæ maxime aperiuntur cardines proclamant & omnes admiratione ducti in eũ locum conueniunt tam ſublime ac diuinum miſterium admirantes nam pulſant campanæ & ſonore ac diuinæ baptizantium uoces proclamant, quare omnes adcurrunt laudantes & benedicentes deum qui perpetuam pacem eo fœdere hominibus inſtituit, propterea ſacroſancta Romana eccleſia hunc ſacroſanctum Ianũ uenerari præcipit cuius ſolennia florentiæ digniſſime cœlebrantur.

De inſpirationibus malis quæ homines a recto rationis iudicio peruertunt. Cap. XIX.

PRAECLARE quidam philoſophãtes Aeolum Iouis filium tradiderunt ex Sergeſte ypotis Tyranni filia, Sed alij uoluerunt eum cuiuſdam uetuſtiſſimi græci fuiſſe filium patris tamen ac matris nomen ignorentes ſed Aeolus cum uentorum rationem adinueniſſet ipſorum etiam deitatem promeruit, omnes tamen in hanc ſententiam conuenerunt quòd Aeolus rex quibuſdam inſulis prope Siciliam imperauit ubi ualidiſſimi uenti generantur quibus

inſulis Vulcanus maxime impabat. cũ ergo pro optimarum diſciplinarum eruditione uel experimento quoſdam in altum eleuari ſumos aut uapores perciperet hominibus ſignificabat qui & quales uenti futuri eſſent quare homines illius etatis harum tamen rerum ignari Aeolum imperare uẽtis ipſorumq; deum arbitrabãtur, poetæ hũc Aeolum in antro quodam obſcuro cõtineri uolunt & uentos regere ne impetuoſæ fluentes omnia euertant, Iuno præterea Aeolo uẽtos donauit et uxorem illi pollicita eſt ex qua perpetuam prolẽ eſſet habiturus cui libera poteſtas eſſet quòd Iunonis decliuiora loca die ac nocte uagaret. Quidã uero ſeniores & præclare magis philoſophantes tradidernnt, quòd cũ Vlixes ad Aeoli regiam inſulam perueniſſet filios ac filias rapuit & in utere bouino argentea catena ligauit, nam Aeolus duodecim filios habebat, mares ſex et totidẽ mu mulieres, quos pari coniugio copulauit ut ab eis perpetuã prolem acciperet. Sed Vlixis ſocii eos utre ſoluerũ et ab illius ſeruitute liberauerũt illi uero ſoluti ad Oceanum euolauerunt poſtea uero ad infernum & quia ab Vlixis uolũtate deſides facti ſũt ppetuo apud ĩferos carceribus continentur. Quidam præterea tradunt miſcenum tubicem Aeoli fuiſſe filium, nos autem opinamur eum filiorũ Aeoli fuiſſe comitẽ. Moralis expoſitio Aeolum propterea Iouis filium tradiderunt quia factiuum uentorum, a deo uel ſupercœleſtibus deriuatur cauſa, ergo uentum efficiens eſt uirtus ſolis & aliorum planetarum quæ ſupercœleſtis uirtus exalationes in poroſittatibus terræ contentas euaporare facit & ad mediam

aeris regionem perueniũt ubi ab aeris frigiditate reper cuſſe ad aliquam mundi regionem compelluntur. Ideo im petuoſe mote aerem mouẽt uentum cauſantes. Sed mares Aeoli quia uentorum materia eſt terreſtris exalatio per Aeolũ igitur exalationem Intelligimus quæ in poro ſitatibus terræ continetur in qua cœleſtis uirtus impreſ ſa fuit & ſecundũ multitudinẽ exalationis & uirtutẽ ipſius ualidiorẽ uentus generatur, & ſecundum quòd ad unam magis quàm ad aliam regionem repercutitur ſic orientales occidentales ſeptemtrionales uel meridiona= les uenti generantur. Ideo naturales philoſophi uentum diffinientes dicunt ꝙ eſt aer motus a loco determinato ab exalatione ſicca fumoſa cãtus, Ideo peripatetici uo luerunt quòd motus uentorum de ſuper ſit ſed princi= pium generationis materiæ de ſubtus & obliqua eſt ip ſius lacio quare etiam terram flãt. Si autem Aeolus pro pter cognitionem uentorum deitatem promeruit non in= iuria quia naturalium rerum cognitio a ſupercœleſti deo hoibus infunditur, nã ſiue primarũ ſtellarũ uires no uerimus ſiue ſecundarum facile ſignificare poterimus quales uenti futuri ſint, nam ſaturnus orientales uentos commouet Venus meridionales Luna cum Marte oc= cidentales ſed Iupiter cum Mercurio ſeptemtrionales e= tiam triplicitates ſignorum & ſimi liter ſtellæ fiixe ue n tos commouent . si præterea ſecundas ſtellas quia in= feriores uentorum cauſas animaduertimus quia calorẽ exalationis & locum euaporationis tunc maneriem uen torum cognoſcere poterimus. Hic præterea in antro con tinẽtur quia materiæ uentorum ex antris fluunt cumque

aere

aere plena ſunt ideo Iunonis loca dicuntur Quia autem Iuno uxorē Deiopeā Aeolo policetur quia materiæ uētorum clare a uaporibus aeris fruentur & meliores uēti generantur. Quare poſt corruptionem primorum uentorum alii ſimiliter generantur,& per Iunonis loca ſiue regna quia per aeris regionem fluentes circuit. Sed morales philoſophi uētorum cauſas ad animi fluctuationes maximas retulerunt,nam Iupiter quia ſublimis deus aīam noſtram ex ſergeſte quia ex ſpumoſa ſubſtantia cauſauit & corporibus infuſit, poſt autem infuſionem multe ſibi uoluptates atq; appetitus inſurgūt ſimiliter et plurima uiciorum genera quæ oportet ut bouino ac forti utre contineatur et aurea cathena ligētur,quia forti uoluptatis imperio tenentur & argentea cathena quia clara & ſonora uirtute ligentur ne mens noſtra ī ualuptates ac uitia manifeſte labatur.sed Vlixis ſocii hos uētos in utre cōtētos ac ligatos plerunque ſoluūt qui furentes maxima edificia iruunt nam exterriores ac in interiores ſenſus iuditium rationis omittunt & uoluptuoſa blandimenta ſequuntur,quare ſoluti & nulla ratione coacti tempeſtates commouent & mentem fluctuoſam reddunt & Vlixem in Oceeanum quia in confuſionem & amaritudinem maximam perducunt,& tandem ad infernum,quia ad corporis & animæ periter excidium,quare uitioſi propter malas operaniones aliquando reprębēſiones & quandoq; ſupplicia patiuntur,ut nunc rubere pro uerecūdia nunc palere pro timore cogantur.Inter animi mœrores maximos patiuntur et pro uoluptuoſa uita egretudines & egeſtates incurrunt,

quæ omnia mentem perturbant & inquietam reddunt, Breuiter reſumentes dicimus ꝙ rationalis anima quæ in corporis antro continetur locum eminentem habet quia partem rationalem ubi tanquàm in digniſsima ſede locatur & uentos regulat & ipſorum tempeſtates, quia omnes malorum appetitus in lctebris regit ne maxima edificia quia optimorum hominum mentes irruāt, nam paridis uoluptuoſa libido omnem aſiam uiolauit et ſuperbia regum perſarum & maxime Alexādri omnem orbem euertit & ambitio Martij & auaritia Craſsi ociositas Sardanapali et omnium ferè principum inſolentia atque ebrietas mundum ſepenumero peruertit. Quia autem Aeolus duodecim filios habuerit quia duodecim ſunt uenti ſex quidem actiuiores ſex autem mitiores qui pati magis uidentur. Quòd autē Miſcenus tubicen uentorum ſit filius ſiue comes quia uenti a ſono nunquam ſeparantur. Spiritualis expoſitio per Aeolum malignos ſpiritus ſiue diabolum intelligimus ſed per uētum tempeſtates malas ſicut patet in Iob filijs tuis & filiabus tuis ueſcentibus & bibentibus uinum in domo fratris tui primogeniti repente uentus irruit a regionibus deſerti & concuſsit quatuor angulos domus quæ coruens oppreſsit liberos & mortui ſunt, Regio deſerti eſt multitudo malorū ſpirituum q̄ conditoris ſui beatitudinem deſeruit & cultoris manum amiſit: Ideo deſertum petierunt. Ab hac multitudine malorum ſpirituum uentus irruit & domum ſubuertit quia fortis tēpeſtatio mentis conſtantiam et tranquillitatem euertit, etiā quatuor angulos domus forti ui percutit quia uirtu

tes quatuor per quas omnes uitæ actiones ſuſtentantur ſicut iuſtitia quæ ad oriens comparatur prudentia ad occidens fortitudo ad ſeptemtrionem & temperantia ad meridiem, ne igitur mens noſtra per carentiam iſtarum uirtutum areſcat a quatuor paradiſi fluminibus qui ex diuino fonte effluunt continue irigantur, nam aliquando ignauia mentem ſurripit quare pruduntia frigeſcit. Si enim laſſata torpeat uentura non prouidet, ſi etiam minima delectatio quandoque contigerit temperantia noſtra marceßit & in corde minimus aliquando timor includitur, quare fortitudinis uires debilitantur & aliquãdo ſuperexcellẽs amor includitur & noſtris ſe mẽtibus ingerit, quare a iuſtitiæ rectitudine deuiamus, uentus ergo uehemens quatuor angulos domus excutit ſi fortibus motibus conſcientia perturbatur. Ab hijs itaque uirtutibus quæ inſitæ noſtris mentibus continentur cætere uirtutes naſcuntur ut contra iuſtitiam ſapientiam accipimus contra hebetudinem intellectum contra præcipitationem conſilium contra timorem fortitudinem contra ignorantiam ſcientiam contra duritiam pietatem cõtra ſuperbiam timorem. Si ergo tentationes prauæ atq; uitia inualuerint uirtutes ex animo repelluntur, & ſi ẽt aliquãdo amore cõditoris torpeſcimus tres ĩ nobis diuinæ pereũt nirtute· fides ſpes & caritas, nã plurimus timor ſpem debilitat & mentis maxime perturbationes fidem ex animo deiciunt & conſuetudo inferendi ſupplicia caritatem excutit puer tamen qui conſtantißimo Iob iſta denuntiat ſolus euadit quia mentis diſcretio etiam inter temptationes incolumnis permanet, ſed Iob

& fortis quilibet poſt peccatum per contritionem flēs mortuos filios euigilat, per confeſſionem conſeruat, & per ſatisfactionem in priorem ac maiorem fortunam reſtituit. Vel aliter, Aeolus quia mala mēs uel praua cõſciētia ex qua multi quia uēti multæ cogitatiões ac malæ profluunt. A Ioue ſcilicet a deo cauſationem accepit et ex ſergeſte quia ex ſeminis propagatione originale peccatum mentibus noſtris infunditur ex quo uenti multi quia temptationes multæ ac multa plura genera peccatorũ ex quatuor mũdi principalioribus partibus oriũtur, nam peccata & hominum ſcelera uel in deum uel in proximum uel honores uel diuicias perpetrantur, Omnia ergo quæ a deo aduerſari uidentur ex orientali noſtræ mentis parte deriuantur. Quæ autem proximo aduerſantur ex occidētali animæ parte ſunt. Sed honores qui magis mentem fluctuant ſeptemtrionalibus uentis ſimilantur, ſed uoluptas ac diuitiarum cupiditas a meridionali noſtri animi parte deriuatur. Sicut enim æſtuoſi uēti a meridie deriuantur ſic etiam mali homines calide ac æſtuoſe diuitias proſequuntur. Tres ergo ſunt uenti qui a parte orientali deo uidentur eſſe contrarii, nam aliquando corde, aliquando ore, aliquando opere deum offendimus. Medius ergo & principalis uentus ſi deum corde offenderimus, ſed lateralis & dexter ſuauis. ſed lateralis ſiniſter, Si opere deum offendimus, in proximũ etiam tripliciter mala committimus quia corde ore & opere ſimiliter in honoribus & diuitiis duodecim ergo erunt uenti qui ex malis mentibus oriuntur quatuor. ſ. principales cæteri uero laterales exiſtunt, qui autem cor

dis, tanquam principalior locatur in medio qui autem oris a dextris & qui operis, a ſiniſtris.

De ſpiritu ſancto & ſuis uirtutibus.
Cap. XXI.

SICVT *Iupiter quem Chriſto comparauimus in ſupremo elemento locatur, Sic Iunonem quia aerem ſancto ſpiritui comparamus, Iuno ergo quia iuuans ut tradunt poetæ a Ioue aureis cathenis erat aligata ne ullo pacto et coniugii et amoris fœdera ſoluerẽtur, Iuno præterea quatuordecim Nimphas habet, Sed Deiopea ceteras omnes pulcritudine ſuperabat, Nimphæ tamen omnes ſuos deos habent a quibus generationem acceperunt, poſtea Nimpha quælibet ſuo deo miniſtrabat, Cibeles ergo & Deos & Nimphas ſibi miniſtrantes habet. Similiter Neptunus & Iuno ſed Iupiter quia ſimpliciſſimũ elementum exiſtit nec in ſphera ſua manifeſte diuerſitates habet Ideo neque partiales deos neque proprias Nimphas habuit ſed pro excellentia ſuæ diuinitatis omnibus imperabat & tanquàm ſupremus deorum principatum tenet. Nimphe ergo quæ aeri ſubminiſtrant ideo ſunt quatuordecim quia tot ſunt diuerſitates quæ in aere manifeſte nobis apparent, primo ſerenitas quæ omnibus eſt pulchrior, ſecundo caligo, poſtea nubes pluuia grando nix pruina ros coruſcatio tonitrus uentus Yris cometa uapores incenſi, qui diuerſimode ſe repræſentant.*

ſecundum quòd exalationes modis uariis figurātur. Quidam etiam philoſophantes addiderunt exalationes quæ in poroſitatibus cōtinentur et petentes exitum terremotum cauſant, alique etiam ſunt exalatiões quæ prope terram gignguntur & ueluti candele quædam apparent, ſed nulla iſtarum Nimpharum tantam poetis admirationem induxit ſicut Yris, nam cum rationes tam differentium colorum ac præclariſsimorum, Similiter figuræ ac ſubite diſſolutionis cauſas animaduerterent, eam Theumantis quia admirationis filiam tradiderunt, Multæ tamen fuerunt aeris impræſsiones quæ philoſophantibus omnibus admirationem induxerunt quarum cauſas & præſtantiam minus eruditi uates non intellexerunt, Sed doctiores philoſophi qui nullas rerum cauſas omittunt horum omnium uires & rationes ſtudioſius inquirunt. Moralis expoſitio propterea Iuno eſt Iouis uxor quia igni aer ſubicitur & aureis cathenis ligatur quia in caliditate et modo ſubſtantiæ ambo conueniunt, nam caliditas eſt amborum principalior qualitas & tenuitas eſt modus ſubſtantiæ ambobus conueniens. Hiis ergo duabus aureis cathenis Iuno ſcilicet aer Ioui quia igni aligatur & in qualitate & modo ſubſtantiæ ſimboleitatem habent. Aerem præterea in tres regiões diuiſimus infimam ſupremam & mediam, Aeris regio inferior a caliditate ſolari per reflexos radios accidentaliter caleſit. Suprema uero igni, quia propinqua, ab eo & corporibus cœleſtibus, plurimum caleſit, nam corpora ſupercœleſtia & motu & lumine caliditatem efficiunt. Sed regio media p antiriſtcon frigidior redditur, imo frigi

*ditas ipſius a duobus circunſtantibus calidis uigoratur
breuiter ergo cuiuſque harum Nimpharum quas metro
logici philoſophi metrologicas impreſsiones uocant mo
dum generationis ac proprias cauſas referemus Aer.n.
ſua natura dyafanus ſi a ſole iradiationem acceperit ne
que uapor haud exalatio ſibi admixta fuerit ſerenus effi
citur, Si uero lumine ſolis caruerit obſcurus apparet, Si
autem uapor uel exalatio ſibi admixti fuerint turbidus
efficitur, præterea caliditas uere ſubtiliorem & frigidi
tas eum ſitiorem reddit, ſed nubes cauſantur ex aere dē
ſiori facto per uaporum aquoſorum mixtionem uel per
aeris infrigidationem quare aer craſior efficitur & ui-
ſum terminat & ſic nubes apparet quæ ſecundum mul
titudinem aut paucitatem materiæ maior aut minor
fit & ſecundum modum mixtionis clarior aut obſcurior
apparet, nubes ergo in quibus actualis aquoſitas cōtine
tur, ſi leuiter a frigiditate continentis aeris repercuſſæ
fuerint aquā emittunt quia pluuia diffunditur, ſi autem
aqua ex nubibus exprimatur & per aeris frigiditatem
congeletur & dura ut lapides fit grando dicitur. Sin
aūt aquoſitas illa non multas terreas partes habuerit
neque tantam ab aeris frigiditate condenſationem ac-
ceperit nix efficitur, Caligo autem eſt nubes ſterilis in
qua uirtualiter continetur non tamen tantam denſita-
tem habet ut aliqua impræſsionum manifeſtarum ap-
pareat ſed ſeipſam obſcuram repræſentat et aliquādo tur
bidam. Si autem uapores tenues aquoſi parum in altum
fuerint eleuati & aeris frigiditate condenſantur res
generatur qui in ſuperficie herbarum & terræ conti-*

netur materia ergo roris non tantam condenſationem accepit ut ex nube generetur ſed aquoſior terra & herbas irrorat, pruina conſimilem generationis modum accepit ſed ipſius materia eſt nitroſa magis cum uapores quidam ſubtiles uirtualiter calidam reddunt, propterea ros omnia temperate humectat & pruina potentialiter excitat, cuius uirtuali caliditate uegetabilia exuruntur, uēti aūt ab axalatiōibus cauſantur quæ ex poroſitibus terræ a ſolis caliditate ad ſuperiora trahuntur & a frigiditate medie regionis aeris repercuſſe, impetuoſæ mouentur & aerem & aquam continent cōmouentq; et ſic uenti cauſantur, coruſcatio ab exalatione uirtualiter calida generantur, quæ in medio frigidarum nubium continetur & per fortem unionem partium calidarum exalationis fit ignitio, Cum autem incenditur rarefit, quare nubes in quibus exalatio continetur diſrumpunt & ſonum cauſant quem dicimus eſſe tonitrum, Sed ignita exalatio plurimum in aerem fulgorem inducit. Sed materia exalationis terreſtrificata ad inferiora compellitur quare tures et eminentiora loca diſrumpit et quia exalationes iſte aliquando occultam uirtutem habent ideo mirabiles effectus ad inferiora producunt, ut aliquando diſſoluunt pecudem etiam uiroſa ſine corruptione ſeruātue et aliquando enſis exuritur ſine uſtione uagine et aliquādo uas exuritur et uinum ſine ſparſione ſeruatur uaſis formam retinens, horum tamen omuium in naturalibus libris cauſas inquiſiuimus, Cometa uero ab exalatione multa et calida generatur quæ mediam aeris regionem tranſcendit et ad ſupremum aeris locum adtrabitur

*bitur et ab ignis feruore ignitur et ſicut ſtella nobis ap
paret,et quia non omnes exalationis partes eſſentialiter
continentur,ideo pars quædam deſcendit et ſicut cauſa
prolabitur,et quia ſuprema regio aeris et ſphera ignis
ab oriente in occidens circunducuntur.Ideo Cometa ro
tari uidetur,quòd autem mortem principum et futura
bella ſignificet per accidens iſta contingunt quia ſuper-
cœleſtis uirtus a qua Cometa generatur mentes princi-
pum in furorem cõmouet et homines ad bella compellit
et corpora uiuẽtium ad ægritudines intenſiuas et eſtuo
ſam mortem deducit,cætere autem exalationes quæ me
diam aeris regionem trãſcendũt conſimiliter igniuntur
et ſecundum multitudinem exalationis ipſius figuram
repræſentant , nam aliquando ſicut columna quædam
apparet et aliquando quia magis extenditur ſicut lancea
in longum prolabitur,quòd ſi ex terreſteri et unctuoſa
materia exalationes generantur in locis ubi ſunt putre
ſcentia corpora ignes ſicut candele quædam apprent ,q̃
ſi magis in altum eleuẽtur tunc in ſumitate arborum na-
uis ardentia ſiue ſplendentia lumina apparent,exalatio-
nes autem et uapores multi qui ſub terra continẽtur quia
ſubtiliantur & terram commouent & illam aliquando
diſrumpũt quare terremotus cauſantur,quòd autem Yris
theumantis quia admirationis filia fuerit , ideo fictum
quia nubes tenuis rorida ſoli opponitur & ipſius pars
quæ immediatius ſolares radios ſuſcipit quia plus iradia
tur alba apparet. Sed pars diſtantior quæ plures ra-
dios ſuſcipit rubea indicatur pars autem diſtantiſſima
quia minus luminis et diſtantiores & debiliores radios*

ſuſcipit uiridis apparet, cum autem ſol ab iradiatiōe deſiuerit colores omnes ſubito diſſoluuntur, nubes ergo cū ſoli opponitur uarios et quàm maximæ diuerſantes colores repræſentāt, hanc Yridem ſapientes illi uates maxima ducti admiratione intuebantur pro uarietate colorum pro amplitudine & tortuoſitate figuræ ac ipſius ſubita diſſolutiōe, propterea Iunonis miniſtrā uolūt q̄a diuitiæ maxima ornamenta præſtant, ideo tortuoſa Yris appartet quia diuitiæ ad homines quadā circuitione ducuntur, nam diuitiæ ſuperbire homines faciunt, ſuperbia bellicoſos ſed diuturna bella pauperes efficiunt, paupertas lucri ſolerciam præſtat, ſolercia diuites facit, quare non mō ab hominibus ſed a ciuitatibus et regiōibus diuitiæ ſe permutant, etiam diuitiarum copiæ ad homines tortuoſe perueniunt, ſed cum ſol quia diuina uirtus abierit omnis ſplendor ac figura diuitiarum ſubito diſſoluitur. Spiritualis expoſitio elementum quodlibet ex duobus principijs integratur ex materia et forma, materialæ aeris mentibus hominum comparetur, ſed formale eſt ſpiritusſanctus a quo mens noſtra diſponitur atque perficitur, Hic aureis cathenis a Ioue continetur quia ſpiritus ſanctus a patre filioq; procedit eſt enim amborū communis ſpiratio, Et ſicut aer in tres regiones diuiditur ſupremā inferiorem & mediam ſic anima noſtra in tres partes potētiales diuiditur quia intellectū operationē & uoluntatem, per intellectum ſcimus per uoluntatem appetimus & per operationē facimus. Potētiæ intellectiue tres deffectus contingunt, infirmitas in eſſendo, impuritas in cognoſcēdo, dubietas in eligendo, & quia itellectus

noſter eſt ſicut infima intelligentiarum ſupercœleſtes for
mas minime intelligere potuiſſet, ideo datus eſt ſibi ſpiri
tus ſapiẽtiæ ut quæ ſurſum ſunt ſapiat, nam ſapiẽtiæ ſe
ptimo, Inuocaui et uenit in me ſpiritus ſapiẽtiæ. ſecũdus
defectus eſt impuritas in cognoſcendo quia ergo mens
noſtra ex prima culpa rubiginem accepit ut uix ſentire
quicquã potuit uel ẽt poſſet. Ideo ſibi datus eſt intellectus
ut diuina et humana cognoſcat, propterea dicẽdũ a ſpi-
ritu ſancto monefactus dicit intellectum tibi dabo & in
ſtruam te in uia qua gradieris, firmabo ſuper te oculos
meos. Tertius deffectus erat perplexitas in eligendo ut
non diſtingueret bonum a malo, propterea datus eſt ſpi-
ritus ſcientiæ ut de rebus creatis iudicium ferrat. Sapiẽ
tiæ modum ipſe dedit mihi horum ſcientiam ad dicen-
dum bonitatem & ſcientiam. Docet me potentia etiã uo-
litiua, tres deffectus habebat primo, Impetuoſitatem, ſecũ
do crudelitatem, tertio uilitatem, uoluntas noſtra quia
nõ bene ab intellectu gubernatur, ſed erat ſicut mulus in
quo nullus eſt intellectus, ideo ſibi datus eſt ſpiritus cõ
ſilij ut oia prudenter fiant, Nam prouerbiorum octauo
Sapientia habitat in conſilijs. Secundo quia non regula-
tur a ratione & uoluntatem inſequitur & rectum iudi-
tium rationis omittit, ſicut filij Noe patrem illudentes
& alii pernicioſi Deum negligentes cum dicant in cor-
dibus ſuis non eſt Deus, ideo datus eſt nobis ſpiritus pie
tatis ut Deum & parentes diligamus. Habet etiam uo-
luntas quandam timoris uilitatem ſicut mali abſtinent
a peccatis formidine pœne, ideo datus eſt ſpiritus timo-
ris et pietatis ſicut prouerbiorum Sexto Timor domi-

ni fons uitæ,per hunc Deum timemus & parentes uene ramur. Virtus & operatiua erat tantæ debilitatis ut nihil ad inceptum finem beatitudinis perducere poſſet ſicut teſtatur,Omnes declinauerunt ſimul & inutiles fa cti ſunt,ideo datus eſt ſpiritus fortitudinis ut inceptum opus ad finem perduceret ſicut dicit pſalmus,Fortitudo mea & laus mea Dominus factus eſt in ſalutem.Quare cum hæc dicta ſancti ſpiritus ſuſceperimus cum Apo ſtolo Paulo dicemus,Certus ſum quòd nec uita nec mors nec creatura aliqua poterit nos ſeparare a caritate Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.Sunt & aliæ ſeptem Nimphe quia ſeptem uirtutes quæ mentem noſtrã illuſtrãt & claram reddunt quia uirtus eſt qualitas mẽ tis qua rectæ uiuitur & qua nemo malæ utitur quam Deus in nobis,ſine nobis operatur,& Ariſtoteles uirtu tem habitum diffiniuit conſiſtentem in medio reſpectu il larum noſtrarum operationum ut rectæ ſapiens determi nauit harum uirtutũ tres dicuntur,Theologicæ & qua tuor politicæ primæ habẽt deum pro obiecto ac fine quia per fidem credimus deum propter deum,& caritate dili gimus deum propter deum,& ſpe ipſum propter ipſum proſequimur.Sed Cardinales dicuntur quia ſunt operationum humanarum cardines ſi ad cæteras uirtutes hominis referantur,etiam dicuntur politicæ quia maximæ in ciuitate conueniunt,harum uirtutum rationem breui ter reſumentes,fides ergo eſt ſubſtantia ſperandarum re rum & argumentum non apparentium, nam credimus deo,credimus deum & credimus in deum,credere deo eſt ipſius dictis credere,ſed credere deũ eſt credere ipſum

eſſe, ſed credere in deum eſt credendo in ipſum ire, quia ſi cut teſtatur Apoſtolus fides ſine operibus mortua eſt, ſpes autem eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ueniens ex dei gratia & meritis præcedentibus, nam per ſpem ſicut per pedem ad deum accurrimus. Sed caritas eſt finis præcepti de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta quia per caritatem deum & proximum ſumopere diligimus, inter uirtutes cardinales prudentia eſt communis magis & plures hominum operationes re gulans. Sed iuſtitia quorundam peripateticorum tradi tione uidetur eſſe perfectior quoniam eſt uirtus ad alte rum ipſius enim actiones ad alium referuntur, prudentia eſt ergo bonarum malarumque rerum utrarumq; diſcretio, per hanc uirtutem & agendorum & uitando rum merita & demerita cognoſcimus. Temperantia eſt deliberationis in libidinem atque in alios non rectos im petus animi firma & moderata dominatio, per hanc uoluptates compellimus & quæ ad hominis dignitatem ſi ue neceſſitatem accidunt temperate proſequimur, fortitu do eſt uirtus qua nec propter incurſum aduerſitatis frã gitur nec proſperitatis blandimento leuatur, hæc prefer re moleſtias docet & proſperis non inſanire, iuſtitia uero eſt uirtus ſua unicuique tribuens per hanc humanæ ſocietatis dignitas ſeruatur et bene meritis et prauis ſupplicia inferũtur, harũ itaque uirtutum inſita nobis ſe mina ſunt quæ per frequentẽ dei animaduerſionẽ ſer uantur augumẽtantur, Virgilius ergo et cæteri uates nõ quatuordecim ſed bis ſeptem Nimphas hoc diuino quod dam ordine diſtinguere uoluerunt.

Qualiter diuini uates ſiue prophetæ hiis nimphis ſpiritualiter uſi ſunt. Cap. XXII.

CHRISTUS Cum ex hoc terreſtri mundo eſſet habiturus ne diuino lumine careremus ſpiritum ſanctum mittere pollicitus eſt a quo ſupercœleſtia miniſteria doceremur & nos ad deum & homines & res cæteras ad amandum compelleret, ideo noſter Iupiter quia nos ad deum & homines et res cæteras, quia cum ad ſupercœleſtem patriam rediiſſet ſpiritum ſanctum ad nos miſit qui omnia doceret & diuerſi mode ſe mentibus noſtris infunderet, ideo Chriſtus per Ioannem euangelizauit, ſpiritusſanctus quē mittet pater in nomine meo ille uos docebit omnia & ſugeret uobis omnia quæcunque dixero uobis, unus tamen & idem ſpiritus mentes noſtras diuerſimode pficit ſiue diſponit, nulla enim mēs ſiue humana ſiue angelica omnem uim ſancti ſpiritus accipere poteſt, quæ.n.recipiuntur in alio ſcđm naturā rei accipiētis ſuſcipiūtur neq; locatū ſua magnitudine locū ſuperat, quare poetæ qui parū diuini luminis habebant obſcura & falſa eruditione ſingula tradiderunt, prophete autem ſpiritu ſancto pleni clare ſatis omnia ſignificarunt quæ ſi iudeis obſcura uiſa ſint iam Chriſti fideli bus ſe luce clariora manifeſtant, Ideo in parabolis quidam diuina ſcripſere miſteria & aliquando ut canonici res iucundas cantabant; & aliquando ut tragedi præſentia præterita ſiue futura mala ut tragedi deplo-

rabant, quare Nimphas biſſeptem quas expoſuimus iã ſpiritualiter declarabimus, hii ergo diuini uates per aerem hominum mẽtes intellexerũt qui a deo mundum firmitudinẽ acceperũt ſed mobiles ac ẽt moles uelut aer facile diſſoluuntur. Mentes igitur noſtræ ſed a diuino lumine illuſtrate ſereniſſimo aere clariores fiunt quo lumine ſi caruerint caliginoſe apparẽt, et ſic ſterilis nubes quæ neque pluuiã neque rorem neque iuuamentũ aliquod eſt paritura. Si uero mentes noſtræ a deo firmitudinem acceperint, uelut nubes perſiſtunt, & bonæ operationes quæ ab eis profluunt manifeſte apparent, præterea mens bona tanquàm nubes intuentium uiſum terminat. Hæc itaque mens ſi leuiter cõprimatur et ad ea quæ ſibi diuinitus conceſſa ſunt conuerſa fuerit pluuiam emittit quæ terrã humectat, ſicut teſtatur. Dauid Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi, imo nubes iuſtum aliquando pluerunt & aperta fuit terra quæ ſaluatorem genuit, diuina nubes, q̃a deus pater pluit ſpũm ſãctũ in uiſceribus Virginis, et aperta terra quia extenſo utero abſque ſigno uiolationis extrinſeco, Saluatorem genuit, qui ſicut floridum germen omnibus chriſtianis apparuit. Si uero mens humana in altum parum eleuetur quia parũ in deum feratur et ab eo pariter parum firmitudinis et denſitatis acceperit uel ut ros qui arentẽ terram et uirẽtem herbã irrorat, quia boni uiri. ſi uero prorſus ſuis operationibus pareant, tamẽ ignaros et eos qui bonis operationibus iure incipiunt exemplo ſui meliores faciunt. Si uero mens noſtra introrſum ſiue pernicioſum aliquid continuerit et parum diuinitatis ſuſceperit, tamen ma

lum ſiue pernicioſæ operationes quas in ſe continet & terræ quia aridis mentibus et frugibus quia bene agere accipientibus plurimum nocet. ſimiliter per nubes ſāctos prophetas aliqn̄ intellexerūt ſicut teſtatur Dauid tenebroſa aqua in nubibus aeris quia occulta eſt ſciētia in prophetis, et aliquando per nubes apoſtolos intelligūnt ſicut per Iſaiam dicit dominus, mando nubibus ut pluant ſuper terram, et aliquando per pluiam ſancti prædicatores intelliguntur ſicut dicit, Helia frumentum deſiderat nubes, nam electi qui ſunt dei ſeminis in cœleſtibus oreis recondentur, quare ſicut frumentum deſiderat nubes ſic mentes iuſtorum et uerbis et exortationibus prædicātium nutriuntur, quia ſi, humoris ſoli caritas defuerit a carnalibus deſideriis exciatur, per pluuiam etiam intelligimus uirtutē ſpiritus ſancti quæ in hoibus et in ijs inferioribus manifeſte multiplicatur et aliquando pro ſapiētia prophetarum accipitur, nam ſapiētia in eorum mentibus continetur ſicut aqua in nubibus Aliquando etiam intelligimus doctrinam apoſtolorum et prædicantium, nam ipſorum doctrina ita fouet ac nutrit inſitum mentibus noſtris ſemen ſicut pluuia uegetabilia et animalia fouet et auget. Sed per niuem ſublimia ſanctorum corda intelligimus ſicut dicit Helia, qui præcipit niui ut deſcendat in terram, et dicendum laua bis me et ſuper niuem dealbabor, per niuem ergo quia p lucem iuſtitiæ corda ſanctorum candida fiunt. Aquæ igitur ſurſum ductæ et breuiter conſtipate niues fiunt quæ poſtea quàm ad terram deſcenderint in aquam redeunt, Aquæ ſunt prædicantium mentes et ipſorum doctrina

ctrina quæ dum ad ſupercœleſtia contemplanda ſe erigunt a diuino intellectu ſolidantur,cum ergo in maxima diuinarum rerum conſideratione ſe erigunt uirtutē confirmationis accipiunt.ſed quia oppræſſorum hominum mentes in peccatis prorſus a ruina pia dilectione tenentur, ideo ad inferiora ſe conuertunt & humiliter prædicantes doctrinam emittunt quæ ſicut nix arida corda humectat,quoniam animæ peccatorum ſunt ſicut terra ſine aqua Deo,niues ergo de cœleſtibus ad terram ueniunt cum ſublima ſanctorum corda quæ iam a ſolida contemplatione firmantur pro fraterna & pia caritate ad humilia prædicationis uerba deſcendūt,& ſicut nix cum iacet ſupra terram omnia operit cum uero eliquatur irigat,ita uirtus ſanctorum per firmitatem ſuam apud Deum uitam peccatorum protegit, Sed poſtquàm eliquata fuerit areſcenti terræ infunditur ut facilius arbores & fructus proferat,iuſti ergo quàmuis ſupercœleſtia contemplentur, Miſericordia ducti peccata hominū intuentur pro quibus ueniam exorant, nam Petrus & Paulus ſuorum peccatorum & aduerſionis adeo memores facti, Aliorum delinquentium fatilius miſerentur, ideo Chriſti caritas quæ ſanctorum mentes ad ſuperiora eleuat,etiam iuſtorum mentes diſponit ut pro pia dilectione ad infima peccantium ſe cōuertant, quare præcipit dominus niui ut in terrā deſcendat,per grandines ſanctorum prædicatorum repræhenſiones intelligimus,ſicut Dauid cum dicit præfulguræ in conſpectu eius niues tranſierunt grando & carbones ignis,ideo præfulgure nubes tranſeunt quia ſancti prædicatores omnes

mundi regiones miraculorum claritate præfulgent & percurrunt quorum prædicationes et grandines & carbones, ignis dicuntur qui per correctionem mentes hominum ut grando percutiunt & per flammam caritatis ſicut ignis exurunt. Igitur increpationes ſanctorum grādini merito comparantur, nam grādo deſuper aduenīēs fortiter percutit & eliquata terram irigat. Similiter prædicatores ſæuis increpationibus obſtinatorum corda percutiunt, poſtea uero meliora facta floreſcunt, per fulgur excitationē diuini feruoris intelligimus ſicut p Ezechielem & Ioannem dicitur, hæc erat uiſio diſcurrens in medio animalium, Splendor ignis & de igne fulgur egrediens, Spiritus ſanctus in medio animalium quia in eorum cordibus ſplendebat & fulgur egrediebatur, quia flammæ amoris omnes homines perterrentes multiplicantur. Ille ergo flammæ per terrorem ferriunt corda fidelium & quia dura etiam torpentia incendunt, fulgur ergo de igne, ergo deus torpentes mentes percutit & illas percutiendo inflammat, quare poſt ſuſceptum lumen & lucentes & ardentes fiunt, Aliquādo per fulgur ſanctorum miracula intelligimus ſicut a domino dicebatur Iob, nunquid mites fulgura & ibunt & reuertentia tibi dicent adſumus, fulgura ſunt ſanctorum prædicatorū miracula q̄ ſicut nix ex nubibus effluūt. Similiter bonæ operationes a ſanctis prædicatoribus qui nubibus comparantur, Nam miraculis coruſcant & ſuperna reuerētia & uerbis pluunt, ideo uadunt flulgura quia prædicatores miraculis coruſcant & ſuperna reuerentia audientium corda teansfigunt, ſed Deo per reuerētiā dicunt ad

ſumus quòd non ſuis ſed dei uirtutibus ſe feciſſe credunt Fulgura ergo uadunt cum ſancti prædicatores mirabilia opera oſtendunt & per reuerentiā dicunt adſumus cum agendorum omnium ad potentiam dei recurrunt et per tonitrum aliquando deum incuruatū intelligimus, nam Chriſtus ex nubibus efluxit & quæ ſupercœleſtia erant intonuere. Vel aliter nubes quia prophetæ futurū Chriſtum intonuerunt, ideo Apoſtoli borages quia toni tru, filij ſunt uocati & aliquando per tonitrua prædicatores ſuperni terroris intelliguntur, quia dicit dominus ad Iob, Quis dedit uehementiſſimo imbri curſum & materiā ſonantis tonitrui, imber eſt uis immēſa prædicationis, ſed uia tonitrui eſt prædicatio ſuperni terroris, nam hominum corda quatiuntur dum futuri Iuditii terrorem intelligunt, per uentos ſanctorum animas intelligimus ſicut teſtatur Dauid, qui ambulat ſuper pennas uentorum, nam ſua perfectione omnium ſanctorum animas ſuperauit, & Iob qui fecit uentis pondus cum iuſtorum mentes diuina ſapientia etiam conſtantiſſima maturitate generantur quia in deum firma grauitate conſiſtunt, & quia quatuor principaliores uentos diuiſimus ſecundum quatuor mūdi principaliores partes, ideo per uentum orientalem iuſtitiæ dei ſanctum terrorem intelligimus quia ab oriente iuſtitiæ lux oritur, nam lux orta eſt iuſtis & rectis corde letitia. Sed per occidentalē niuem dei animaduerſionem intelligimus quæ cum ſole decumbit ſicut deus recedit, etiam Dei miſericordia abire uidetur. Sed per auſtrum feruens ſpiritus deſignatur ſicut per Ezechielem, Eduxit me ad uiam auſtralem

& ecce porta quæ reſpiciebat ad auſtrum,ſed per aquilonem portarum frigiditas deſignatur,feruens ergo ſpiritus per lumen fidei in dei & proximi dilectionem ſubleuatur,Sed porta ad meridiem eſt caritas per quam ignis deducitur,Sed per aquilonem iuſtorum corda frigeſcūt ſicut teſtatur Ezechiel,Et uidi et ecce uentus turbinis ueniebat ab aquilone,ideo uentus turbinis quia perturbatio diuini iuditij frigida hominum corda perturbat.Vel aliter per orientem in bonis operationibus inchoantes intelligimus,nā orientis porta eſt fides per quā naturæ lux naſcitur.Sed porta aquilonaris eſt ſpes,quia unuſquiſque in peccatis poſitus ſi de uenia deſperauit ſuditus pit,ideo neceſſe eſt ꝙ per miſericordiæ ſpē reuiuiſcāt.Meridionalis porta eſt caritas per quàm ignis amoris ardet.In parte meridionali ſol in altum eleuatur, quia per caritatem lumen fidei in dei & proximi dilectione ſubleuatur,quòd ſi his uirtutibus caruerimus per portam occidentis tendimus ad occaſum,per Cometam Angelos intelligimus qui nobis & paſtoribus Chriſti aduentum ſignificarunt cum euangelizauerint,quoniam natus eſſet ſaluator mundi qui nos a peccatis ſaluos faceret.Si tamen ſtellæ ſignificatum animaduertimus maximi mortem principis ſignificauit,quia Chriſti cuius mortē multa ēt Martyrum ſtrages ſecuta eſt ſtella ſcilicet quæ magos præcedebat, Cometa ſimiliter erat quia ex materia aerea quæ non motu aeris ſed diuino imperio ad locum ferebatur ubi natus erat puer.Cum ergo omnes propter ſaluatoris natiuitatem maximo gaudio ducebātur, Virgo a Simone accepit, quòd ipſius animam per

tranſibit gladius, & ſtella quæ omnibus admirationem ferebat ſalutiferam Chriſti mortem ſignificabat, exalationes autem quæ prope terram apparent æſtuoſuos homines ſignificant qui diuitiarum uel honorum aut aliarum uoluptatum incendia ſequuntur, quod præclare teſtatur Dantes, nam qui puerorum uoluptuoſa blandimenta ſequuntur, qui præterea patriæ dignitatem fraude oppreſſerint & qui diuitias pecuniis uenundant apud inferos igne terminãtur, nam licet brunellus a flammis igneis curſum properare cogebatur. Similiter Diomedes & Vlixes honoris & gloriæ cupidi, quia parentes & patriam ommiſerant patriæ igne terminantur, & Põtifices maximi qui res ſacras uenundarunt euerſis capitibus exuruntur, horum hominum cruciatus terra æſtuoſa uitiorũ genera manifeſtat quibus hoĩes ignũtur, quia uel a carnis concupiſcentia uel ſuperbia uitæ. Si autem exalatiões iſtæ in uiſceribus terræ contineantur in terrã ſoluũtur atque diſrumpũtur. Similiter ſi prauæ hominum cogitationes in corde contineantur tunc omnia quæ ad uirtutem & hominis dignitatem ſpectare uidentur pœnitus diſrumpuntur. Sed per Yridem theumantis quia admirationis filiam intelligimus patris potentiam & filii ſapientiam & ſpiritus ſancti amorem, nam a diuina eſſentia, heæ tres potentiæ ſicut a ſole tres calores vridis apparent & circulares, quia neque principium neque finem ſunt habituræ & ab hijs omnis diuina eſſentia circuncluditur. Albedo etiam potentiam patris clarificat & uiredo ſapientiam filii & rubedo ſpiritus ſancti caritatem, neque tam ſublime miſterium ſignifientia

certius poßimus exprimere, Aug.n.cũ librum de Trini tate conſcriberet & litus maris recreationis cauſa per ambularet puerum comperit qui in anguſtam foueam cũ paruo cortice aquam maris infundebat, quem Augu. ro gauit quid ſibi labor is? cui puer, ut mare omne in fo ueam mittam. Sed cum Auguſtinus puero arrideret & puer pariter illi ariſit ſibique diuinitus ſignificauit q̃ in fouea q̃ in lib. quẽ de Trinitate inſtituerat paruo cor tice quia paruo ingenio immenſum mare quia Trinitatis miſteriũ includere minime poſſet, cum hos ſermones com pleuiſſent puer Auguſtinum occultæ deſeruit.

De occultis quibuſdam miſteriis eccleſiæ ſanctæ catholicæ. Cap. XXIII.

NEPTVNVS *Saturni filius om nibus aquis imperabat ipſarumque deum ſeniores illi uates arbitraban tur ſed maris potiſſimum quia mani feſte magis apparet & ipſum Iuno nis alumnum denique tradunt. ſed Nayades deæ fontium dicebãtur Oreades montium, dria des ſiluarum, ſed fluminibus proprios deos atque deas inſtituerant, marinæ Nimphæ Nereiades a Nereo deo maximo, omnes tamen aquarum Nimphæ Neptuno mi niſtrabant, ipſe uero tanquàm rex omnibus imperabat propterea tri dentem ferebat ſicut cæteri dii ſeptrum tã quam Neptuno triplex eſſet impiriũ, cæteri uero dii Sa turni filii coronam ferebant, hic autem cornua quando*

que tamen maiora quandoque minora, hic Amphitem in coniugiem habuit, nam licet ex multis Nimphis prolem acceperit hanc ſibi perpetuo coniugii fœdere copulauit, Quod autem Doris Tritonis coniux fuerit, Ideo fictum quia Doris Gratiæ rex cum magna claſſe ſubuerſus eſt quare illum Tritonis coniugiem & ipſius ſocios marinas Nimphas tradiderunt, ſimiliter Forcus Corſicæ ac Sardiniæ rex cum ab Athlante nauali bello ſuperatus eſſet et omnis ferè claſis ſubmerſa & illum marinum deum & ſocios marinos deos arbitrabantur, nã poetæ cũ dignificare principes uellent, quòd præclare, eſt ipſorũ geſtis pro memorandis facinoribus diuinitatem tribuebant, nam ſcientia qua agros colunt Cæres dicebatur, et qua uites Bachus & qua uoluptuoſa proſequimur Venus, quòd ſi præſtantiores quidam homines fuiſſent deos faciebant & mulieres deas, ſicut Hercules diuinitatem promeruit ut fortitudinis ac laborum deus diceretur, & Heſculapius medicorum, & cæteri præclari homines eo pacto deificati ſunt, Neptunus præterea curru uehebatur et aliquando Tritonem aliquando Poſidonium & aliquãdo Omoſagios illum appellabant, hic filios & filias habuit, nam Meſapũ qui ex Gratia maximo exercitu ad Italiam peruenerat Neptuni filium tradunt. Similiter Dorus et Amicis Neptuni filii fuerunt. Multos præter hos & filios & filias ſecundum poetarum traditionem habuit. Arpiæ etiam Neptuni filiæ fuerunt heæ auibus ſimulabantur et facies humanas habebãt et pedes uncoſos quibus omnia rapiebant, quæ autem omittebãt ſtercorabant, nam poetæ præclare nobis tradiderunt ꝙ

Phineus princeps antiquiſſimus filios ſuos luminibus pri uauit,quia de inceſtu a nouerca fuerant accuſati,Iupiter autem impietatem phinei grauius ferens eum pariter lu minibus priuauit & Arpias ad eum miſit ut amplius af fligeretur,nam ipſius cibos rapiebant & ſi quid omitte bant ſtercoribus fedabant,poſtremum autem a Zetheo & Chaleo boree filiis fugate fuerunt,poetæ etiam tra dunt quòd cum apud athemenſes in dubium uerteretur cui deorum ciuitatem conſacrare deberent an Palidi an Neptuno pro conſuetudine gentilium Apolinem & cæ teros deos conſuluerunt a quibus reſponſum acceperūt a quo deorum præclarum magis munus acciperent illum ciuitati preferrent,Palas ſibi oliuam conſecratam arbo rem obtulit & Neptunus æquum ſibi ueteri ac diuino iure ſacratum. Athemenſes cum fructiferam oliuæ ratio nem animaduerterent quā homines pace fruimur & æ quum belli temporibus præſidium fert , oliuam antepo ſuerunt & ciuitatem Paladi conſacrarunt. Similiter Laomedunta theucrorū antiquiſſimus rex cum ab hoſti bus fugaretur & oppugnaretur maximas diuitiarū co pias & Neptuno & Apolini obtulit. hii autem dii pro murorum edificatione urbis terræ diſpoſuerunt , qua re Mœnia & Turres maximas ſtruxerunt quæ urbem annis.961 ab hoſtibus prohibuerunt , poſtremo autem omnis terra opibus & ſuffragiis Iunonis euerſa fuit . Moralis expoſitio tertium elementum eſt aqua ut Ne ptunū præfecimus quia omnia nādo a nauibus ſuper ferū tur et magis in mari quia troſum tenax et diuiſioni plu rimum reſiſtit ideo naues in aquis dulcibus ſubmergun tur

ſtur quæ mari ſuperſtant & quia aquæ plurimum diuerſificantur, ideo fontibus fluminibus & mari Nimphas ac deos inſtituerunt ut ipſorum diuerſitates maniſeſte magis ſignificarent omnes tamen ſub Neptuni imperio continentur, quia omnes aquæ ſunt eiuſdem ſpeciei accidentaliter tantummodo differentes, ideo tridentem fert quia triplex imperium habet, primo aquarum quæ ſupra cœlos ſunt ubi diuinitus continentur, quædam in aere nubibus ſiue cæteris impræſſionibus continentur quæ ad inferiora deſcendunt ut uegetabilia & mixta omnia generẽtur. Tertiũ genus aquarum manifeſte nobis apparet quas Neptunus tridente gubernat cum diuerſos generationis modos habeant quia fontes per conuerſionem aeris in aquam generantur per frigiditatem loci aer in aquam conuertitur, poſtea uero quàm a fontibus effluunt diuerſificantur ſecundum loca ſuper quæ feruntur, tandem in mare feruntur ubi in qualitatibus & modo ſubſtantiæ plurimum uariantur ſi aquæ ſubtilior pars reſoluitur a ſolis caliditate terreſtriores partes ſaleſcunt, Si autem maior fieret decoctio a mare fiũt; quòd autem Doris tridentis coniunx fuerit quia ipſi ac ſocij omnes mare ſumerſi fuerunt. Sed quia principalior coniunx cæteri ſicut Nimphæ deificantur, ſimiliter Forcus Sardiniæ rex et cæteri principes qui aquis ſubmerſi ſunt pro ipſorum dignitate atque inſolito mortis genere immortalitatem ac diuinitatem promeruerunt. Quòd autem Neptunus cornua ferat, præterea fictum eſt quia unde maris ſicut cornua in altum eleuantur, uel quia mõtes uel ut cornua in litoribus apparẽt uel quia inſu

le quædã in mari ſicut cornua eminent, Quòd autẽ Neptunus curru uehitur quia unde maris uentorum impulſu ſicut rote circunducuntur & ſicut rote ſonum cauſant. Cum autẽ Tritonem Poſidonam & Omoſigios il lum appellent Tritonis quia per continuum defluxum ſuppoſitam terram conterit, ideo Poſidonam quia imagines repræſentat, nam radij uiſuales ſi ad aerẽ uel ignẽ peruenerint pro ipſorum ſubtilitate pertrãſeunt neq; re flectuntur ut imaginem repræſentent, Sed a terra quam uis radij reflectantur propter denſitatem dyafanitate priuantur, quare imaginem non repræſentant. Sed aqua dyafanitatem habet & uiſum terminat, Ideo intuẽ tium imagines repræſentat. Thales autẽ milleſius aquã omnium mixtorum principium arbitrabatur & Neptunum Tridentem, & quia omnes aquæ ſunt nabiles labiles & portabiles, uel quia ſecundæ liquidæ portabiles et Omoſigeos quia terrã commouẽt. Quòd autem amphites principalior ſibi coniunx fuerit quia mare ſem per ſonum facit, quòd autem Meſapum Neptuni filium tradunt quia cum Turnus Aenæ aduerſaretur Meſapus ex incultis locis ad Italiam transfretauit ex igne & fer ro incolumis ſemper euaſit propter uires quas a Neptuno parente ſuſceperat propter etiam diſciplinam militarem non ledebatur in bello, Is præterea in domitos æquos mites fecit quare diuinitatem promeruit. Dorus etiam a quo pro dignitate & ſui nois gloria Dorica lingua dicta eſt Neptuni filius fuit is in Græcia claruit & cum prope littora inhabitaret uel naualem diſciplinam accepiſſet Neptuni dictus eſt filius, Amicis etiã

qui ad Brebitium nemus bello a Polluce ſuperatus eſt et cum Titanis multa ſæua bella geſiſſet uere Neptuni filius fuit. Multos itaque filios ac filias Neptunum habere uoluerunt, uel quia uere ſic fuit uel quia Neptuniam diſciplinam nouiſſent, ex Neptuno etiam Arpiæ genite ſunt quia ex fructuoſa mente & uētis agitata, quia prauis cogitationibus commota naſcuntur tria rapinarum genera a leuo occipite et celeno, nam aleuo alienum tollit, Sed occipite citius aufert quia rapinam accelerat, celeno nigra interpretatur quia rapta occultat, hæ furiæ ad torquendum phineum mituntur, nam phineus auariſsimus a fenerando dictus eſt, Auari maximo labore diuitias aquirunt & quæſitas maxima diligentia conſeruant tanquàm paternum & diuinum munus, quare ſi diuitiarum poſſeſſores in bonos uſus conferant clari fiunt quoniam hoc maxime tempore obſequium amicos parit, imo diuino conſulto fieri amicos oportet Demona iniquitatis, quod ſi forti & praua tenacitate diuitiæ teneantur a nouerca poſsidentur, liberalitas uero eſt uera mater diuitiarum, Sed auaritia ſiue tenacitas eſt nouerca quia diuitias in prauos uſus ſeruat atque conuertit, propterea Pihneus filios excecat quia diuitias fraude contribuit & maiori fraude conſeruat, quare Phineus rex excecatur quia feneratores & auari omnes luminibus priuantur ut neque Deum neque homines recte inſpiciant, ideo Arpiæ a Ioue mittuntur ut cibos rapiant & ſtercoribus inficiant quia rapax tenacitas & diuitiarum abuſus hominis dignitatem rapit ac inficit, imo res publicæ bene inſtitute feneratores nō patiuntur neq; Ar

pias urbibus bene moratis inhabitare permittunt, Arpiæ iſtæ uirgineo aſpectu apparẽt quia omnis rapina ſterilis & infructuoſa eſt, & ciuiles ſunt auibus quia citius ad rapiendum uolant cumque rapuerint fugam accelerãt & plumis ſunt cooperte quia rapta ui ac fraude celant & ipſorum prauitas magis occulte ſeruatur, pedes habent uncoſos quia omnes ipſorum affectus ad furtum & ad rapinã diſponuntur, quare ſi Arpiæ fugari debent neceſſe ẽ ut a Zetheo & Calia filiis aquilonis fugentur, a Zetheo diuinitus inſpirando propellantur bona enim inquiſitio ſiue operatio tota ſpiritualis eſt; urbem conſecrauerunt, ideo fictum eſt quia pax omnis magis reipublice confert quàm bellum & nauigatio quælibet, pax eſt bellorum finis in qua omnis ſalus & reipublicæ perfectio conſiſtit, quòd autem a Laumedõta maximæ pecuniarum copie ablate ſint, ideo fictum quia in mari fundamenta locantur & ſapientia Apoſtolis moenia & turres ſtruũtur. Diuina interpretatio Spiritualis, Neptunus eſt eccleſia ſancta dei quæ ſupra Chriſtum tanquàm ſupra petram fundatur & ſicut terra eſt aquarum fundamentum ſic etiam Chriſtus eccleſiæ, hæc Iunonis alumna quia ſecundum merita quæ homines ab eccleſia ſuſcipiunt uirtutem ſancti ſpiritus promerentur quæ poſtea in nobis aliquando occulte & aliquando manifeſte infunditur, nam triplicia aquarum genera diuiſimus quædã ſupræma in qua ignitæ ſancti ſpiritus compræſſiones apparent quædam infima & quædam media, per has tria hominum genera ſignificamus in præclaris hominum mentibus igneæ impræſſiones ap

parent in infimis infimæ & in medijs mediæ. Quòd autẽ Neptunus tridentem ferat propter tria aquarum genera ſupra quas imperium habet, prima fontalis quæ Chriſti corde per mortem frigefacto ex lateris apertione ſicut flumen effluxit, hæc aqua in conſecratione dulceſcit & iuſte bibentium corpus & animam perficit. Secunda eſt baptiſmatis aqua quæ fluminibus comparatur per hanc originale peccatum ammouetur & parentum ſcelera abluuntur. Tertia ſicut marina lemora crimina mundat, hæc in eccleſiarum fontibus continetur, itẽ dextera tridentem fert, quia per has aquas cordis oris & operis peccata abluit & repellit, uel quia tria peccatorũ genera admouet uenialia mortalia et quæ ĩ ſpiritum ſanctum perpetrantur, quod in Apocalipſi clare teſtatur Ioannes, qui Angelum animailis ſubcinctum uidit. Sed in ueteri teſtamento ſupra renes cingulum deferebat quaſi nobis ſignificaret quòd homines primum ex operibus ſupplicia ferebant nunc autem ex peccatis quæ corde committimus in eadem Apochalipſi, uidit mulierem quæ a regibus præcabatur & capite decem cornua ferebat, reges ac principes muneribus ſiue fallacijs ſeducere illam curant, ipſa uero cornibus ſe tuetur, quia decem ſunt præcepta eccleſiæ quæ præſules in altum eleuant & impugnantes repellit, uel cornua hæc ad regũ & maximorum principum potentias comparãtur quæ hoc numero diuiduntur, per anteriora cornua ſupercœleſtia contemplamur per poſteriora hominum actus & operationes. Quælibet præterea iſtarum aquarum proprias Nimphas habet quia proprium conſecrationis et

ſanctificationis modum, aqua quæ calice infunditur aquis ſupercœleſtibus comparatur quæ autem baptiſmatis eſt ſimilis aereis, quæ uero in eccleſiarum fontibus continentur cœteris fluentibus aquis comparetur, hæc præterea ſacroſancta eccleſia habet deos montium agrorum atque ſiluarum. Quidam in cognitione diuinarum rerum ſicut montes in altum feruntur qui uelut immanes peccata concipiunt, dii nemorum atque ſiluarũ ſunt qui autem claros ſermones proferunt & bonas operationes producunt agrorum dii, ſunt etiam fontium fluminum & fluctuantia maria Nimphas ac deos habent ꝙ etiam amphitritẽ in coniugem habuerit quia ubique dei eccleſia reſonat, nam quoſdam ſæuis increpationibus repellit quoſdam humaniſsimis uerbis alicit quidam prædicationibus proclamant pauci ſanctimonia uitæ ſilentium agunt, præterea & Omoſigios & Amphitirtes dicitur quia hominum mentes conterit & quæ per obſtinationem ut lapides duræ ſunt fortibus clamoribus commouet, quòd autem Poſidonna quia imagines repræſentat clare conſtat quia ſi ad eccleſiæ merita ſe homines cõferant facile intelligunt quantum pro ipſorum uirtute meruerint & quantum pro peccatis demeruerint, quòd autem multos filios ac filias genuerit non eſt locus connumerationis ſanctorum qui pro meritis eccleſiæ maxima & infinita tormentorum genera ſuſtulerunt quare cũ morte diuinitatem promeruerũt, quòd etiam Arpias genuerit hæ ſunt increpationes eccleſiæ, nam delinquẽtes pie corripit. Si autem admonitiones neglexerint parua excommunicatione damnantur, Si uero grauius de-

linquærint maiori excommunicatione damnantur & meritis ac ſuffragiis eccleſiæ priuantur, & eccleſia præterea eſt omnium Chriſtianorum mater delinquentibus uero nouerca. Phineus eſt quicunque perfidioſus peccator qui filios excæcat quia bonis operationibus priuat, ideo ipſe luminibus priuatur quia nec quæ ſecundum deum nec ſecundum proximum fieri oportet ratione uidet, Arpiæ uero hos Phineos torquent et cibos amouent & ſtercoribus fœdant quia contumaces eccleſiæ ſiue excommucati neque humanam neque diuinam gloriam promerentur, propterea oportet ut a Zetheo et Caleo aquilonis filiis fugentur, quia per ſapientiam filii et ſpiritus ſancti amorem fugantur; filius per generationem et ſpiritus ſanctus per ſpirationem ſicut filii a patre procedunt. Sed pater ſicut boreas maximam implendi uirtututem habet, quia in patre omnis potentiæ ratio diffunditur, q autem Athenienſes quia boni Chriſtiani urbem quia animam noſtram potius Iunoni quàm Neptuno ſacrauerint cum quidam fructiferam oliuam quia eternæ gloriæ ſpem a beata Virgine orationibus elemoſinis promeruerint quidam bello quia martirio ab eccleſia ſancta catholica ſacrãtur. Similiter quia Laumedon Troiæ rex ab hoſtibus obſceſſus Mœnia muros ac Tures inſtruxerit, nam Chriſtianus quilibet a temptationibus demonum obſidetur, Diabolus enim cõtinue circuit ut mentẽ inficiat uerba corrumpat et bonas operationes euertat, quare pecunias diis obtulimus quia propoſitum bonum, ideo murorum fundamenta per contritionem quia nunc amaris nũc dulcibus lachrimis mentẽ diſponimus, poſtea

uero per confeßionem et ſatisfactionem muros mœnia et tures maxima uirtute ac ſapientia in altum extollimus qui nos ab hoſtibus perpetuo tuentur. Sed quandoq; obliuionis iram quia maxima diuitiarum cupiditas et hominum et dignitatum ſumma uoluptas urbem Troiæ uetuſtißimam quia incorruptibilem animam et fundamenta muros ac mœnia euertit, nam ſæpenumero experimento accepimus quòd multi cum in monaſteriis bonã religioſam uitam egerunt poſtea uero quàm ad dignitates et maximas prælaturas fuerunt promoti, et ipſi et quibus præſunt funditus euerſi perierunt.

De infernalibus ſupplitiis ſecundum poetarum traditionem. Cap XXIIII.

PLVTO ſaturni et opis filius uno partu cum Glauca ſorore genitus eſt ueruntamen Pluto et omnes ſaturni filii clam mitebantur ne a Titane Saturni fratre necarentur, nam eo pacto Saturnus regnum poßidebat ut filios mares necaret puellas autem ſeruaret incolumes ut in Tytanem poſt ſaturni mortem regnum perueniret. Hic Pluto inferiorem regni partem poßidebat prope inferum mare et Orcus appellatus eſt, quia maxima ſeuitia illis gentibus imperabat, nam iuſtos ciues oprimebat et eos cani quodam maximo & ſæuißimo edendos tradebat quem Cerberum appellabat, nam canem illum quia fortißimus ſæuißimus edacißimus erat tria habere capi

ta uoluerunt. Ciuitatē Plutonis Ditim appellabant, cuius muri ſunt ferrei & igne incenſi Turres & Mœnia ſicut igne candentia, hic curru uehebatur trium rotarū q triginga dicitur et a tribus eq̄s trahebatur Mætheo Aſtreo & Nomo, in manibus turpibus Pluto cū Tipheum tyrannū bello ſuperaſſet, et curru ſuper Trinacriæ fundamenta et occultiora loca ueheretur prope Siracuſas Proſerpinam legentem flores admirabilis pulcritudinis uidit, hæc cū puellis multis aium ab amore alienū ſeruabat et recreationis gratia in eum locū conuenerāt, Pluto amore Proſerpinæ uehementer exarſit & illam rapuit et ad inferni regna perduxit quā ſibi ppetuo amore coniunxit, præterea Seniores quidam uates ab inferno quatuor exoriri flumina uoluerunt & Paludem unam quàm Stigem appellant, primum flumen quod ex infima & occulta magis inferni parte naſcitur, Acheron ex hoc ſtigia Palus quæ ambitu maxima eſt, ſecundū flumen Cocitō, Tertium Lethes, quartum Flegetō, ſed Palus ſtigia maxima ueneratione obſeruatur a diis cum ex uictoria matre genita ſint quæ in uxorem tradita ſit honori, ex ea præterea duo geniti ſunt filii, ueneratio quæ debetur diis & reuerentia hominibus, per ſtigiam Paludem uenerandi dii res quaſcunque arduas profitebantur quòd ſi per ſtigiam Paludem aliquando iuraſſent minime licebat iuſiurandum uiolare cum etiam deorum hoſpes & alumna fuiſſet, dicimus præterea quod Saturni filii qui poetarum traditione totius orbis imperium poſſidebāt pro ſua dignitate tripartita inſignia deferebāt, nam Iupiter triphidum fulmen, Neptunus tridentem

& Plutõ cerberum trium capitũ, Plutoni tres parcæ miniſtrant Cloto Lacheſis & Atropos, ſibi etiam tres furiæ deſignantur quæ continue illi miniſtrant, prima alecto, Secunda Theſiphone, tertia Megera, Sacerdotes qui Plutoni ſacra miniſtrabant nigras cedebant pecudes & uelato capite ſacra parabãt & manus & oculos cũ infernales deos ac ſtigios exorarent ad ima ſemper conuertebãtur. Sed Ioui cum ſacra pararent & oculos & manus in altum ferebant cæteris etiam diis ſacrificia diuerſimode miniſtrabãt. Moralis expoſitio Cibelem deorum matrem omni ſuperiori terræ præfecimus ſuper eas partes imperium habet quæ manifeſte magis apparent, ſed Pluto in antris & occultis terræ uiſceribus continetur ubi metalla & præcioſi lapides generantur, propterea eum diuitem uocant quia omnia diuitiarum genera ſub plutonis regno locantur, ideo Saturni filius quia ex uirtute ſupercœleſtium corporum quæ in occultis terræ uiſceribus multiplicãtur & aurum & cætera metalla, item præcioſi lapides generantur quorum generationis modus & ſcitu & cognitione difficilimus eſt. ſed Plutonis mater fuit Opis quia omnia quæ in occultis terræ uiſceribus continẽtur opes præſtãt. Si autem pro conſuetudine philoſophantium hæc in ſuas cauſas referemus, uniuerſale omni metallorum & precioſorum lapidum efficiens eſt uirtus planetarum & ſuper cœleſtium ſiderum quàm in Saturnũ tanquàm in principaliorem cauſam referemus. Sed materiale principium eſt terra diuerſimode complexionata quæ Opi tanquàm matri comparatur reum, autem ſuæ mixtionis complementum &

perfectam ſubſtantialem formam ſuſceperint Plutoni *iure optimo comparantur. Sed poetæ qui figmenta hæc ad mores hominum referebant per* Plutonem *diuitias in telligunt, propterea diſparem quia illum diuitiarum patrem appellant & Saturni filium quia ille primum terram colere docuit quo cultu opes fodiuntur & ex matre* Opi *quia inde opes accipimus atque fcuemur. Quòd aũt* Pluto *ì ciuitate ditis ferrea atq; ignita locetur quia diuitiæ maxime ab auaris ſeruantur & corde ferreo cõtinentur & incenſis ac igneis affectibus proſequuntur, nam ubi theſaurus ibi auara corda locantur, ideo curru ducũtur quia omnes diuitiæ ac diuitum curæ diuerſimode rotantur ac circunſonant, quia memoria præteritorum conſideratione præſentium & animaduerſione futurorum torquetur, ideo currus tres habet rotas quia tripliciter ipſorum mentes ac cogitationes rotantur, primum ut acquirant ſecundo ut quæſita ſeruent tertio ut quæſita perfidioſe contribuant, quòd etiã tribus æquis trahũtur primus* Mœtheus *quia obſcurus ut ſignificetur inſana deliberatio acquirendi peccunias præter hominis dignitatem, Secũdus* Aſter *quia ingens ut ſignificetur feruentiſsimus ardor habendi, quòd autem* Cerberum *tria habentem capita pro cuſtodia regni ſeruaret, ideo fictum uel quia pro conſuetudine tyranorum canem fortiſsimũ uoraciſsimum ac tenaciſsimum ad puniendo homines ſeruaret uel quia illum quem regno præfecerat tanquàm canis fortiſsimus uoraciſsimus & tenaciſsimus homines dilaniabat, quòd autem* Proſerpinam *ex fertili* Trinacria *rapuerit, ideo fictum quia cum ea loca inculta & uiren*

tibus herbis ac floribus exornarentur, poſtea quàm ſe-
rendi frumentum & alias ſegetes experientiam acce-
piſſet Proſerpina quia ſemina terram ſerpentia a Pluto-
ne rapta fuerint & ſibi perpetuo coniugio & indiſſolu
bili fœdere copulata, quia illa loca primū ſterilia, facta
ſunt quàm maxime Cærealia, ideo Plutonem ſatorem a-
ctorem & finitorem uoluerunt cum omnia terreſtria a
Plutone procreentur & ab eodem in terram ſoluantur
ac redeant hoc perpetuo memoradum tradit Eccleſia, q̄
cinis ſumus & in cinerem reuertemur, præterea quia
poetæ ſtoycorum doctrinam imitantur aliqua præmia
bonis & ſupplicia malis opinabātur, ideo Plutonem in
fernorum deum ad puniendum malos uerium quia ma-
lum deum et ueronem quia malum Iouem tradiderūt et
Orcum illum appellant quaſi iure iurando affirmet ſe
nullum animū nullum corpus tandem ſine ſupplicio di-
miſſurum, nam ſuos quiſque patitur manes, ideo Pluto-
nem in obſcuris locis contineri arbitrantur, quia terra
eſt prorſus obſcura & obſcuriora ſunt infima loca Plu
tonis, præterea elementum terræ tanquàm centrum in
medio supercœleſtium omnium corporum locatur, terra
enim in medio & a cœlo æquidiſtanter ſeruatur, quia
omnis ipſius ad cœlum adproximas eſſet aſcenſus qui eſt
terræ contrarius, ideo Virgilius noeies ſtix interfuſa
coercet, quia elementa omnia & maxime terra a ſeptem
ſpheris planetarum & octauo cœlo fixarum ſtellarum
& nono quod eſt primum mobile continetur. Horum ta
men ueritatem alio loco monſtrauimus, quòd ex inferno
quatuor naſci flumina & ſtigiam Paludem uellint, pri-

mum Achero quòd ſine gaudio interpretatur, nam cum homines ſe in prauos mores conuertunt ſine gaudio primum apparent ex hoc ſtigia Palus quia triſtitia naſcitur cum homines in peiores ſe mores conferunt triſtes fiunt, quòd ſi peiorem uitam agunt ex ſtigia cocitō quia luctuoſa ſuplitia effluunt. Qui ergo gaudio carent facile in triſtitiā cadunt & qui triſtes ſunt facilius lugent. Tertium flumen Flegetō ſiue ardens dicitur quia hic eſt totus flamma uel ignis, nam ire ac omnes cupiditates homines exardent quia ſiue in Deum ſiue in proximum grauiora ſcelera ꝑpetramus calidiſſimo flumine immergimur. Cum autem homines ſuæ uitæ ignari ſunt facti tanquàm amentes ſupercœleſtis patriæ obliuiſcuntur, quare Lethem incidunt quòd obliuio interpretatur, quia omnis malus obliuiſcitur eorum quæ ſecundum merita uirtutis agere conueniat, eorum prætereà quæ acceperūt cum a ſtellis abirent neque mentem ad cœleſtia conuertunt quæ aliquando ſuis meritis ſunt habituri quia in cœlo mens noſtra formatur & corporibus infunditur ad cœlos iterum reditura, poetæ uero qui animas humanas corruptibiles faciunt loca quædam oppinabantur in quibus pro ipſarum demeritis grauius eſſent paſſure, nā Acherō eſt locus Italiæ obſcurus quem in meridie ſol parum illuminat ubi libri Nigromantiæ uel brutorum uel hominum occiſione ſacrantur, in eo loco Aeneas miſenum & Vlixes imperatorie occiderunt homines illius regiōis ſine gaudio ea loca inhabitant. sed cocitus eſt locus priori uicinus qui eadem cauſa dicitur luctuoſus, ſed Palus ſtigia in extrema Egipti parte continetur quæ

ue ſors quia cuique ſuæ uitæ ſors aduenit tertia Antro*pos quia ſine ordine aut ſine diuerſione quia mors uitæ finem imponit & inſpiratio ordine contingit, ideo prima collum baiulat,* Secunda *fillum protrahit ſed tertia rumpit.* Q*uiſque ergo ſua ſorte uitam agit licet quibuſdam clara quibuſdam magis aduerſa contingunt neque mortem parcunt,* Plut*ōis etiam ſunt tres furiæ quæ homines a recto rationis iudicio peruertūt, prima alecto quia in pauſabilis non pauſantes iram concipiunt, ſecūda* T*heſiphone in uocem prorumpit & uim iræ maniſeſtat,* Tertia *Megera quia magna contemptio, nam* V*irginum in longum procellat niſi homines uires iræ contineant multa inde mala ſequuntur.* Q*uòd autem* Plut*oni nigras ſacrarent pecudes quia & ipſe niger eſt, nam amor & ualitudo ſi libet ſeruantur, quòd autem* Plut*oni ſupplicantes & oculos & manus ad inferiora conuerterent ut in medìatius ad deum exorantis intentio deferatur.* Sed *Iouis quia ſupercœleſtis dei manus & oculi feruntur in altum cæteris etiam pro eorum dignitate ſacrificia uariabant omnibus tamen uelato capite miniſtrabāt ne a ſacris mentem auerterent huius tamen poeſis diuinam expoſitionem in ſecundo libro particulariter referemus.*

De ſupplitiis animarum . Cap. XXV.

VETERES poetæ & Chriſtianæ religionis expertes cum a diis quicquam expoſcerēt plura varioque modo ſacrifitia inſtituebant, cum enim impetrare quicquam cuperent ſe præcibus deos flectere ſperabant & bene agendarum rerum uicem habituros & qualem poetæ de animabus opinionē inſtituiſſent talia merita ſiue demerita ſe paſſuros exiſtimabant, qui enim animas cum corporibus perituras uolunt ſe uel meritis ſiue ſupplitiis in hoc mundo affici putant. Sed Plato & cæteri qui poſt mortem animas perpetuo duraturas uoluerunt uariis præmiis ſiue tormentis illos afficiebant tanquàm animæ materiales ſiue corporeæ extitiſſent. Sed Ariſtoteles cū duas formas hominibus ineſſe putaſſet alteram ſenſitiuā corruptibilem quæ cum corporibus generatur atque corrumpitur, Alterā tanquàm omnium hominum formā una et perfectionē quæ in generalis atque incorruptibilis eſt, nunc huius corporis formā, nunc uero alterius et cum homo corrumpitur deſit informare, quare hæc incorruptibilis forma neque præmiis neque ſupplitiis efficitur, ut autem hæc amplius conſtent magis particulariter diſtinguemus, igitur omnes & præclare magis philoſophantes Epicuri rationes peſſundarunt cum animam intellectiuam humanam corruptibilem axiſtimaſſet neque Ariſtotilis opinionem probauerunt tanquàm hæc difficilima crederentur. Sed poetantes fere om.es illorum

opiniones

opiniones inſecuti ſunt qui merita atq; demerita noſtris animabus impoſuiſſent, horum tamen quidam animas certo numero productas uolunt et in ſupremo cœlo locatas orbium ac ſiderum omnium præſtantiſſimam dignitatem animaduertentes, hiis itaq; animabus eſt inſita uis ut corporibus uniantur, quare a ſtellis abeuntes uarias impræſſiones accipiunt ſecundum loca par quæ animæ deferuntur, ideo a Saturno torporē ac ignauiam accipiunt. A Ioue dignitatē ac regni cupiditatem, a Marte audatiam & iracundiam, a Sole uirtutem atque præſtantiam, a Venere omnium uoluptatum cupidinem, a Mercurio lucri ſolertiam & ſermonis facilitatem, A luna motus cœleritatem et cætera quæ ſuis inferre uiribus poteſt, cum autem ad elementarem regionem perueniſſet uariis atq; maximis fluctuationibus ducebantur, quia ignis eam æſtuoſam, poſtremum uero cum noſtris corporibus infunderētur omniū quæ antea ſciuiſſent obliuiſcebātur, quare ſermonū eruditione de nouo ſcientiam adipiſcebāt dicentes quòd noſtrum adiſcere erat quoddā reminiſci, cum autem animæ iſtæ a corporibus abirent uel brutorum corpora ſubibant uel alijs ſupplitiis afficiebantur ſecundum ipſarum demerita poſtea ad primas ſtellas redibant ubi tam diu continebantur donec iterū ad corpora rediſſent, hanc opinionem poetæ amplius ſecuti ſunt, ſed quidam Stoici aliter de animarum creatione opinabantur qu'a ex quatuor elementis cum diuino quodam ſpiritu res omnes productas uolunt, quanto igitur res perfectiores ſunt tanto ipſorum elementorum meliores ac potiores partes habent & plus diuini ſpi-

vitus acceperunt. Anima ergo quia forma perfectiſſima ſecundum partes elementales ex quibus ipſa componitur gaudium timorem, iram ac cæteras paſſiones ſuſcipit, ſecūdum uero illud quod in ea diuinum extitit nulli alterationi ſubicitur, ex hoc hominum mores & ſermones inter ſe differre uoluerunt, propterea Galli uita & moribus leues apparent Græci fallaces et Afri uerſipeles cæteri etiam moribus omnes diuerſificātur, Quòd autem diuinum noſtris mentibus ineſt ipſas a corruptione præſeruat & eas immortales reddit. Sed ab elementis componentibus ipſas & a corporibus quarum ipſe ſunt formæ alterationes accipiunt & corruptibilitatis uim ac rationem, ideo cum Aeneas per obſcura inferni regna uagaret uix Palinurum atq; Didonem cognouit, propterea Virgilius uix etiam multa mœſtum cognouit in umbra & Didonem tanquàm per obſcuram noctem intuebatur. Iſtarū ergo animarū quædā ad corpora redeūt propter malā uitā quā egerūt uel de neceſſitate fati quadā pro excellētia dignitatis ac uirtutis æternitatē p meruerunt nūquā ad corpora rediture, quidā tamē Platonem ſibi ipſi contradixiſſe putant, quia in primo Thimei dicit præſtantiſſima omnia a præſtantiſſimo facta fuiſſe, & in ſecundo uniuerſi ſementem faciam. Sed in Phedone anima neque nata eſt ſed æterna ſemper manet cuius ſi controuerſiam ammouere uoluimus dicere oportet quòd non ea lege anima humana facta ſiue creata qua mixta omnia generabilia ſiue corruptibilia ſed a ſumpta certa procreatiōe medio diuino ſpiritu infunditur, neque conſtat an cœleſtis an terreſtris materia ſit

ex qua anima generatur, nos autem fide tenemus atq; ratione ſuademus quòd anima eſt forma ſimplex omnē compoſitionem excludens ſed ex actu et potentia componitur quibus agere ac pati dicitur. Sed deus quia actus puriſſimus omnem penitus compoſitionem excludit, Anima ergo forma ſubſtantialis humana corporibus unitur, quaſdam tamen potentias materiales atque organicas habet & quaſdam in materiales quæ organis carent cum ergo anima a corporibus informatione deficiat potentiæ organicæ corrumpuntur ſed in materiales et quæ organis carent cum anima ſemper perſiſtunt, ideo philoſophantes rationes illorum duorum gemorum quibus homines quando bene quandoque male agere cogerentur diuerſimode inquiſiuerunt, nam qui animas a primis ſtellis abire putant & ad corpora deferri uolunt dicebant, q̄ præter generales planetarum diſpoſitiones quas animæ a planetis accipiebant erant peritiores influxus ex locis & aſpectibus planetarum qui homines ad bonos ſiue ad malos mores ſuaderent, ſed auſtrales & Chriſti doctrinam imitantes dicebant corporibus noſtris has ſupercœleſtes uires infuſas, quare anima hos ſiue bonos ſiue malos mores inſequi cogeretur, Primi ergo philoſophantes animabus noſtris has ſiderum uirtutes inſitas uolunt a quibus corpora noſtra diſponuntur. Sed poſteriores ac magis præclaræ philoſophantes hos cœleſtes influxus corporibus inſitos eſſe uolunt, a quibus animæ noſtræ bene ſiue male pati coguntur. Poetæ igitur damnatorum ſupplicia uario modo inquiſiuerunt, quidam [illegible] ā dem ad corpora quidam ad animas hæc tormentorum

genera referebant, nam Titijs libidinoſis a uulturibus gecur editur, quod iterum poſtea renaſcitur, Titius cũ eſſet ſumme libidinoſus hoc genere tormenti affligitur, quia in Epate omnis membrorũ uoluptas naturaliter generatur, nam ſanguis & humores ſi ad Teſticulos deſcẽdunt ſperma efficiuntur, ſi ad cætera membra in nutrimẽtum uertuntur. Splen uero homines alacres reddit & uiſum prouocat quoniam eſt receptaculum melancolicorum humorum qui reliquis humiditatibus admixti homines triſtes & amentes reddunt. Sed inchiſti felis humores colerici locantur, qui ſi cæteris humoribus admiſceantur homines irſutos ac furentes reddunt, quare Venerei & uoluptuoſi omnes homines cum rem egerint iterum ad libidinem affectus inſurgit, quibuſdam lapis ex alto caſurus eminet, ſicut de Flegia legitur, nam iratus Apoſtolis templum euertit, ideo lapis eminet qui ſupra cũ rueret cũ titio apparet. Religioſi ergo qui deos negligũt ſe templum euerſuros putent quod ſupra eos irruet & Yſion regni & gloriæ cupiditas cum Titio rotatur, quia hos ſublimes ingratus inſequens maximis curis & cogitationibus circunducitur. Cæteri præterea omnes qui turpem uitam agunt continua ignauia rotantur, quidam ſaxum uertunt et humeris circunducunt, quia multis laboribus & plurima circuendo picula diuitias quo minus comparantur, quidam eminentem atque caſurum ſilicem ſemper expectant, nam qui ingrati ſæua Tyrannide gubernant ſe continuo ex regno eici putant, & Tãtalus Corinthiorum Rex uirentia poma intuetur quæ arripere cupit quæ ſtatim habeunt quia omnes auari tan-

tummodo ſuarum rerum uiſione fruuntur. Et uere in fonte ardentiſſimi auri continebatur & miniſtri aurum feruentius addebant quo magis ille & auaritia & Tyrannide æſtuaret, poetæ igitur cum animaduerterent quæque uitia ſuis affici tormentis hæc ſupplitia hominibus inſtituerunt, Virgilius nouem circulis inferni regna diuiſit quaſi nobis ſignificaret plures uitæ modos quibus homines affliguntur, ideo in primo circulo pueros locauit qui non fraude ſed natura coacti in uitia feruntur, in ſecundo minus modeſtos homines qui uel propter incontinentiam uel ignauiam pereunt nihil præclari facturi, Tertio in loco hii ſunt qui labores ſiue erumnas uitantes ſe necauerunt quarto qui amore inſano turpiter perierunt, quinto ſunt uiri fortes qui maximas res temere auferunt. Sexto ſunt praui homines qui propter eorũ ſcelera a iuditibus ſupplitia tulerunt, in ſeptimo animæ purgantur a prauis moribus quibus in uita cõſueuerũt, in octauo purgate animæ continentur quæ iterum ad corpora ſunt rediture, & quia præclariſſimi quidam homines tam excellentem uitam egerunt ut ipſorum animæ non ſint amplius corporibus reſtituendæ propterea illos in Eliſeis campis locauerũt ubi uoluptuoſam uitam agũt, ideo hæc a poetis obſcure nimiũ tradita ſunt quaſi ignorarent qualia præmia uirtuoſis & qualia prauis conueniant, hanc poeſin imitatus eſt Dãtes, nam cum ſupplitia pro demeritis hominum animaduerteret primum infantes comperit qui prope lares inferni nullis ſupplitijs affliguntur poſtea uiros excellentes qui literis uel rebus a ſe præclare geſtis claruerunt poſtea uero tria ultiorũ

genera diuiſit, per incontinentiam malitiam & beſtialitatem quibus homines delinquunt, quia luxorioſi iracundi & guloſi facile a bene inſtitutis moribus per incontinentiam abducuntur. Sed malitioſi uel in deum uel in ſe ipſos & in proximum frequenter delinquunt & horũ diuitias honores uel perſonas conturbãt, nam quidam diuinas res furto ſurripiunt quidam deum negligunt & quidam in eum ardentius irruunt. ſimiliter quidam ſeipſos ob ignauiam perimunt quidam ueluti amentes honores negligunt & alii diuitiis uel diuitias adimunt & ſic pro ſcelerum magnitudine pœnas inſtituit. ſi qui uero per beſtialitatem delinquerint grauius puniuntur, nunc autem perſcrutemur quòd de inferno Chriſtiana religione tenendum, Abſurdum enim pleriſque uidetur quòd ſpiritualis forma materialiter ſit paſsibilis & a loco dimenſionibus extenſo contineatur, quibus breuiter reſpondemus quòd infernus eſt ratio quia deus eſt ſumme iuſtus ac ſumme miſericors, Sicut enim iuſtitia ſine miſericordia eſſet crudelitas ita miſericordia ſine iuſtitia eſſet fatuitas, quæ ab ipſo deo prorſus ſunt aliena, ergo ſicut deus bonis per miſericordiam in uita æterna remunerat ita per iuſtitiam malos punit & perpetuis ſupplitiis affligit, ſed æterna pœna non eſt in præſenti uita, ergo neceſſe ſit alius locus quem infernum dicimus, ideo Chriſtus in Euangelio ibunt mali in ſupplitium æternum iuſti autem in uitam æternam. Item ex philoſophorum rationibus ſi unum contrariorum eſt in natura & reliquum, quia optime ſanitati peſsima egritudo eſt contraria & bonum malo et uirtus uitio contra

tiatur,imo teſtantur philoſophi q; ſupra cœlos ſunt corpora in alterabilia optimam uitã habẽtia ubi ſumma ſanitas maxime dilitiæ ac omnium bonorum maxima affluentia eſt,paradiſus quod teſtatur Boetius ciuitas cœleſtis totum continet quod delectat, ergo & debet eſſe locus huic prorſus contrarius, item ignis calorem ac ſplendorem habet ſed in cœlo eſt ſplendor ſine calore ergo erit locus oppoſitus ubi erit calor ſine ſplendore, ideo Iſac homines non colentes iuſtitiam & obſcenis actibus dediti retrudentur ſub orbem triſtem & tenebroſum & erunt in triſtitia ſempiterna,inferni autem locum in centro terræ locauimus quod totius mundi medium eſt cum a cœlo diſtantiſſimus & omnino ſterilis ſit.Similiter opinati ſunt poetæ qui Plutonem inferorum deum tradiderunt quem in antris & obſcuris terræ uiſceribus locauerunt,ſed præclare hoīum mentes ad ſidera ferebantur,quidam etiam uoluerunt quòd prope orbem lune continentur & audientes cœli ameniſſimos ac proportionales motus maxima uoluptate detinebãtur, Alij philoſophantes quaſdã aĩas in ſphera lunæ alias ĩ ſphera Mercurij Veneris et Solis & aliorũ planetarũ locarũt,ſcđm q; animæ illis planetis ac ſideribus morem geſſiſſent.Sed animæ quæ prauam uitam agunt in oppoſitis & infimis locis puniuntur. Iona etiam dicit ad dominum proiecisti me in corde maris & gloſa uult quòd ſicut cor eſt in medio animalis,ita infernus et in medio terræ damnati ſunt,ergo a deo remotiſſimi quia ſicut dicit Propheta longe a peccatoribus ſalus & alibi etiam iniquitates meæ ſicut onus graue grauatæ ſunt ſu

per me, Sed conſtat quòd omnia ſimpliciter grauia ad terræ centrum deferuntur, quare beati locantur in loco ſublimi ac luminoſo damnati hiis ſupplitiis oſligũtur, in inferno ſunt tortores ignis ſulfur dolores frigus fletus oculorum & uiſio demoniorum, Sitis labor lux obſcura fetor uermis fames dura uniuerſa nominata peccatori ſunt parata, primum ergo eſt ignis neque natura neque extinguibilis, ideo Gregorius ignis gene cum ſit corporeus & uniuerſos corporaliter urat non ſtudio humano ſuccenditur non lignis nutritur. sed ſemel creatus durat in extinguibilis, & Mattheus imittet eos in caminum iguis & Ezechiel iſti ut ferrum & ſtagnum & plumbum in medio fornacis; secundo eſt frigius intolerabile qaia ibi erit fletus & ſtridor dentium quia fumus ex igne fletum excitat ſed ex frigore dentiũ ſtridor cauſatur Gregorius hic locus appellatur auernus quia ſine ueris temperamento imo ex diſtemperie fit omnium qualitatem in equalitas, Iob tranſibunt ab aquis minimis ad calorem nimium, Secundo ſunt uermes immortales et ſerpantes uiſu & ſibilio horribiles Gregorius locus ille appellatur herebus ex corroſiõe uermiũ atque ſerpentum, et Iudic. 1610. dabit ignem uermes in carnes eorum ut urantur et uiuant et ſentiant uſque in ſempiternum, Nono eſt ſetor intolleraailis quia locus ille eſt mundi ſentina imo latrina et dicitur puteus propter fœtorẽ, Pſalmus ut lutum platearum delebo eos et in foueam proiciam, Gregorius erit in inferno frigus intollerabile ignis extinguibilis uermis imortalis fetor inſuperabilis tenebre palpabiles flagentia cedentia et horrenda

da uiſio demonum confuſio peccatorum et deſperatio omnium bonorum, quinto ſunt flagella cædentia, unde Hieronimus nō habebūt requiē die ac nocte et ī infernū lapſis non dabitur requies, Gregorius, erit miſeris mors ſine morte finis ſine fine defectus ſine defectu, et Hieronimus, O mors quàm dulcis eſſes quibus tam amara fuiſti te ſolam deſiderant et optant qui te ſolam uehementer oderunt, Sexto ſunt tenebræ palpabiles, Iob terra tenebrarum ubi nullus ordo ſed ſempiternus horor in habitat, et pſalmus in æternum non uidebunt lumē, ideo dicitur regio tenebrarum quia nulla luce poteſt illuminari. et ſapientiæ. 16. una cathena tenebrarum omnes ligati erunt, Septimo eſt peccatorum confuſio, Gregorius locus ille appellatus eſt confuſionis quia peccatores confunduntur, cum enim de ſalute deſperent nullum ſibi terminum præfigūt. Hieronimus in conſcientia et aperto corde uidebuntur literæ peccatorum meorum quæ ſtilo ferreo inſcriptæ ſunt et multitudo aſtantium leget in peccatore meo figuratas imagines peccatorum meorum, Octauo erit horribilis uiſio demonum et miſerabilis clamor flagellantium imo locus ille appellatur Tartarus a ſonitu et fremitu tumultuoſo, ideo canctat Eccleſia ne abſorbeat eas Tartarus, Nono eſt æternitas ſupplitii, ideo dominus in die iuditii Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, et Gregorius crutiatur homo et non extinguitur et ſemper ſine fine manebit morietur et uiuet, et Auguſti. cuius uita mortua fuerit in culpa torquetur eius mors ſine fine uiuet in graui pœna, & Bernardus neque qui torquent neque qui torquentur in inferno ali-

quando moriuntur, Decimo eſt acerbitas pœnarum, ideo dicitur manes qui ſemper manent in acerbitate pœnarũ & Auguſtinus, Quecunque ſunt in igne æterno peiora utique tormẽta ſunt quàm oẽs huius ſeculi formidines, Vndecimo eſt diuerſitas pœnarum, Defteronomio, congregabo ſuper eos mala & ſagittas meas conſumabo in eos quia ualida fames ſitis frigus calor infirmitas & fruſtra flebunt peccatores illi, & Iſaias, non poterit anelare de anguſtia ſua, Duodecimo eſt conformitas pœne & proportionalis culpæ Vnde ſapientiæ, per quod aliquis peccat per id torquetur, & in Apochalipſi opera illorum ſequuntur illos, Dauid autem principaliora ſupplitia conumerat, ignis ſulfur & ſpũs procellarum pars calicis eorum in peccato tria reperiuntur quibus hæc pœ.ie proportionantur, primum ardor concupiſcentiæ, ſecundo fœtor culpæ, tertio mentis mordicatio, Theologi tamẽ rationem inferni aliter inquiſiuerunt propterea quòd nonnulli uoluerunt quòd uſque ad diem iuditij nemo ad inferna feratur quòd etiã nullus eſſet purgatorii locus, diuini ergo ſcriptores uoluerunt quòd eſt locus in quo eſt pœna ſenſus & damni et tenebræ interiores et exteriores & carentia diuinæ gratiæ ubi continentur damnati. Secundo eſt locus in quo eſt pœna & non ſenſus & talis eſt locus puerorum ſine baptiſmate decedentium ubi ſunt tenebre exteriores & non interiores, Tertio eſt locus in quo eſt pœna ſenſus & damni ſed ad tempus & ſunt ibi tenebræ exteriores quia gratiam habent ſicut in purgatorio, Sexto eſt locus ubi eſt pœna damni & nonſenſus & ibi ſunt tenebræ exte-

riores ſed non priuationis gratiæ & hic eſt limbus patrum ad quem Chriſtus deſcendit, dicimus prætereaꝙ ignis ille quamuis unus ſit tamen plus aut minus crutiat ſecundum hominum demerita.

De inſtitutionibus gentilium quibus deos colebant. Cap. XXVI.

VETERES poetæ cum deos maxime colendos opinarētur templa aras uictimas ac mores inſtituerunt ſecundum quòd pro dignitate ac ipſorum excellentia conueniret, cuique deo & templum ſacrauerant & aras inſtruxerant quandoque frondes ſternebant & uinum fundebant & aliquando aquam uel lac & ignes & thura et plura odorum genera parabant tanquàm hiis holocauſtis iratos placare deos poſſent uel animas ex inferno aduocare, gentiles propterea fallebantur quoniā ea mortalibus hominibus conferebant quos ipſi ſupræmos deos exiſtimabant. Si enim ſupercœleſtis Saturni uel Iouis uel Martis & cæterorum ſiderum naturas nouiſſent neque motuum neque ſuarum inſtitutionum rationes ſe poſſe abducere putaſſent, quia prima cauſa & ſideribus & elementis leges impoſuit quas perpetuo iure ſequūtur. Ideo templum cuique deo ſacrauerāt ut ignari homines intelligerent quo in loco ſacra dijs parare cōueniret. Altare uero erat locus in templo eminentior ubi preces imo neces & hominum & brutorum a Sacer-

dotibus ſiebant, hii cantantes ac pſalentes diis omnia mi niſtrabant quandoque manibus in altum extenſis quandoque depræßis & aliquando unam & aliquando alteram corporis partem contegebant quaſi pars illa ſuo deo ſacrata fuiſſet & aliquando oculos ad ſidera & aliquando ad ima ferebant. Quibuſdam etiam diis in tactos boues quibuſdam letas bidentes & quibuſdam porcos eximios & aliquando homines immolabant, horum etiam animalium diuerſificabantur ætates, nam aliquando ſeniora & aliqñ adoleſcẽtiora animalia offerebant, diligenter tamen aduertebant ne animalia illa uel maculatas caudas haberent aut nigram linguam aut aurem ſciſſam tanquam indignum exiſtimarẽt uitiatum animal offerre diis, cum autem uictimis lac ſiue uinũ funderent uel thus darent ſe mactare dicebant quia uictima aucta ſuperinfuſo uino thure uel aqua mactabatur. Sacerdotes etiam ſe reddere dicebant quando aſata uel elixa exta igne urenda ſupponebantur quibuſdam diis uelato capite miniſtrabãt, Quibuſdam diſcooperto, Sed caput faſcia ſiue uitta quandoque circunligabant & extrema per humeros ad inferiora tendebant & aliquando tenui filo caput alligabant ne ante deos pœnitus diſcopertum ſeruaretur. Cũ iſta depoſuiſſent pileum ſuperponebant & in ſuprema parte erat floſculus candidiſſime lanæ. Multa præter hæc diis parabãt tãquàm eos placare exiſtimarent uel perituras animas ſeruare. Sed quia deos ignorabant etiam ſacrifitiorum inſcii fuerũt propterea quaſdam gentilium inſtitutiones trademus et ad ſacras noſtras properemus. Moralis expoſitio ab

illarũ deorũ cultu cæterorum rationes accipiemus, Hercules ſibi mane ac ueſpere ſacrari iuſsit quaſi rebus fortibus atque præclaris conferre animum ſemper oportet, propterea cũ duos ſacerdotes delegiſſet primarium & ponticum et potius ad ſacrificandum prius adueniſſet quia tamen extã neglexit primarium præfecit, ut quiſq; intelligeret quòd res omnes a fine perficiuntur, non modo qui incipiunt ſed perſeuerantes uſque in finem ſalui fiunt, Sacerdotes Herculis neque ſeruos neque libertos ſacris intereſſe uoluerũt, quaſi hos præclaris rebus et ſacris indignos exiſtimarent, etiam omnem corporis particulam alicui deo ſacrauerant, quia Iunoni brachia Neptuno pectus Marti cingulum Veneri renes & inguina Mercurio pedes Ioui digitos Genio frontem & Memoriæ aures, ſed Fidei dexterã et Mineruæ genua flectimus ſi ſapientes, ſi præterea deos ueneramur & dextera fidem policemur et Genio aperta fronte mentis integritatem ſignificamus & auribus ſuſcipimus quæ in memoria locantur & digitos Ioui cum omnia miniſtrent, eſt enim manus organum organorum, & pedes Mercurio quia per eos curſum properamus renes & inguina Veneri, quoniam hæc materia ſpermatis ad ſeminaria uaſa defertur, & Marti cingulum, quia ibi plurima uis inſita eſt. Sed Neptuno pectus quia defluẽtia reumata in eo plurimum fluctuant, & brachia Iunoni quia maxima agendarum rerum pars brachiis perſitiuntur. Gentiles etiam animalia offerebant ſecũdum diſpoſitiones deorũ, nam Marti Taurum, Ioui bidentem & ſuem Veneri etiam uiui homines cum mortuis ſepeliebantur ne mor

tui incomitati abirent, quòd etiam manus in altum tenderent & oculos quia illorum diuinitas erat clare perſpecta. Virgilius at pater Anchiſes oculos ac ſidera lætus extulit et cœlo palmas cum uoce tetendit. Sed Plutoni & cæteris quorum diuinitas latebat & manus & oculos ad inferiora tendebant quòd etiam animalium diuerſificantur ætates & holocauſta, quia terreis, diis terreſtria & aeris aerea & igneis ignea, propterea triumphantes Taurum offerebãt quia maximis laboribus triumphum aſequebantur. Sed in ouatione quæ triumphis erat inferior ouem offerebant & quandoque inter cornua uina fundebant & quandoque ſuprema membra decliuia tanquàm membra illa plus dijs conuenirẽt, ideo Sacerdotes pſalebant & cantabant tanquàm iucunda mente diis offerent, ideo pſalebant ut membra omnia ſe ad diuina conferrent, & aliquando uelato capite tanquam ipſorum diuinitas nobis eſſet occulta, & quorum diuinitas manifeſta illos magis uenerabantur. Quòd autem caput faſcia circundarẽt tanquàm diuinitas caput omne circuiret & extrema ad inferiora ferebantur pars tamen una a dextris et altera a ſiniſtris ut ſignificarent quòd in proſperis & aduerſis ſemper eſt obſeruanda religio, poſtremum uero caput pileo tegebatur quaſi illorum diuinitas melius et occultius in capite tueretur &, quia ſuperior quæque poteſtas inferiorem ſibi miniſtrãtem habet ut Venus Adoni & matri deorum Athis et Minerua tricidiuum Diana uerbium, Barus Marſiam, ideo nunc ſuperioribus nunc inferioribus aras parabant, præterea terreſtribus canem & ſuem.

Cereri quia cerealibus ueſcitur, et Priapo aſinum quaſi aſili uel contrario ſacrorum rationem acciperet, lac etiã et ſanguinẽ ad tumulos fundebãt quaſi corpora primum lacte nutriantur et poſt nutricationẽ nunquàm ſanguine carent, et quia diis plurima policemur cum multo plura nos ab eis habituros ſperemus, ideo quorundam gentilium mores referemus quos in exequiis diligentiſſime obſeruabant. Duabus ergo portis animæ ad inferna tendebant, Altera coloris cornei et dura et altera eburnea quaſi nobis ſignificare uellẽt quòd per oculos qui a pellicula cornea continentur et per os quòd eburnea porta quia dentibus clauditur ſingula peccata committimus, uiæ autem per quas animæ ad inferna tẽdebant ſunt bellum luctus egeſtas ſopor timor et omne languoris genus. Miniſtri inferni ſunt Centauri Gorgones Arpiæ ſila, Multi præterea quos alio loco mõſtrauimus, corpora mortuorum ſeptem aut nouem diebus in ſepulta ſeruabãtur, item lauabant et frequenter proclamabant tanquam animas aduocare ad corpora uellent poſtremo urebant, propterea domos cupræſu ornabant cum enim ſit arbor ſterilis mortuorum ſterilitatem ſignificabat et aliquando lares ſternebant ut illorum mortem ſignificarent, cũq; animæ abiture forent ualle dicebant, tanquã non eſſent ad nos amplius rediture, uoluerũt præterea uates illi quòd in ſepultæ animæ uagarent, Sepultæ autẽ continebantur ne ueluti errantes abirent funebria tamẽ diuerſimode cœlebrabant et quandoque corpora urebant aliquando præcipitabant et aliquando ſeruos uxores uel alia neceſſitudine coniunctos necabant. Sacerdo

tes illi propterea fallebantur, quia nulla erat illis ad ſa lutem certa uia, nos autem Chriſti eruditionem accepimus qui ueram religionem docuit et gloriam futuri ſecu li pollicetur. ſpiritualis expoſitio quoniam dominus eſt ſanctus, ideo omnia uult habere ſancta templum altare tabernaculum et uaſa, Moyſes enim ſanctificauit tabernaculum altare et uaſa omnia, item miniſtri debent eſſe ſancti Exodi. 19. ſancti eſtote quoniam ego ſanctus ſum, primum ergo ſacratur eccleſia quæ congregationem fideliũ repræſentat hæc unitatem habet a ſpiritu ſancto qui eſt ſicut forma ipſius, una eſt omni chriſtianorum fides et omnis congregatio fidelinm eſt ſicut unum corpus cu ius multa ſunt membra. Materialis et ſpiritualis eccleſiæ fundamentum eſt Chriſtus, cum autem ſanctificatur eccleſia lauatur et in ungitur, et quia ex Chriſti latere fluxerunt ſanguis, et aqua, per materialem aquam lauatur materialis eccleſia, et per ſpiritualem quia per aquã baptiſmatis omnia chriſtianorum peccata lauãtur et un guntur Criſmate ſalutis quo Chriſtus in unctus fuit. Multa præter hæc fiunt quæ uim ſuæ ſanctificationis re præſentant. Similiter etiã ſanctificatur altare quia Exo di. 19. Septem diebus expiabis altare et ſanctificabis et erit ſancta ſanctorum per altare Chriſti crucem intelligi mus cuius ſunt quatuor latera quibus effluxit unda ſalu tis in quolibet angulorum fit crux una quia per Chriſti paßionem quatuor mundi partes ſignificate fuerunt uerſus quas extrema crucis extẽdebantur. Quatuor etiã elementa ſanctificata fuerunt primum aer cum Chriſtus in altum fuerat eleuatus, ſecundo aqua per eam quæ ex

latere

latere fluxit, Tertio terra per ſanguinem quem in eam fundit, quarto ignis propter æſtuoſam tribulationem quam ex paßione concepit, pſalmus igne me examinaſti Epiſcopus præterea ſeptem uiribus circuit altare propter ſeptem circuitiones quas Chriſtus fecit, Primum de cœlo in uirginis utero, Secundo ex utero in præſepium, Tertio ex præſepio in mundum, Quarto ex mundo conſcendit patibulum, Quinto ex patibulo deſcendit in ſepulcrum, Sexto ex ſepulcro ad inferna, ſeptimo ex inferno reuerſus eſt ad ſupernam Hieruſalem & ſedet ad dexteram dei patris, Epiſcopus etiam aſpergit altare Iſopo & aqua benedicta ſeptem uicibus, Yſopus eſt herba parua calida abſterſiua Chriſtum repreſentans qui fuit paruus per humilitatem, Iſaias paruulus datus eſt nobis calidus per caritatem, Ioannes, caritatem moiorem nemo habet quàm ut auimam ſuam ponat pro amicis, Abſterſius ſiue mundificatius, quia Apoſtolus ad Hebreos peccatorum purgationem faciens. Is præterea uicibus ſanguinem ſparſis, Primo in circunciſione, Secundo inſudatione, Tertio in flagellatione, Quarto in capitis coronatione, Quinto in manuum perforatione, Sexto in pedum elauatione, Septimo in lateris operatione, deinde incenſſum in altari crematur ut per hæc ſacrificium ſignificetur quòd Deo patri ex Chriſti immolatione oblatum eſt, Apochalipſis Aſcendit fumus incenſorum in cõſpectu domini de manu Angeli ſcilicet Chriſti, Et Apoſtolus ad Epheſios tradidit ſemetipſum Pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Quinto altare criſmate in ungitur, quia Chriſti crux ſanguine fuit

iuncta, nam patrem odore recreauit quare ad miſericordiam declinauit & nobis ſuam beatitudinem dedit Criſma fit ex Balſamo & Oleo utroque benedicto, quia miniſter altaris debet habere ſuæ uitæ redolentem odorem & oleum benedictiōis & perficientis gratiæ, Sexto altare mūdis coopitur pānis quos exibemus, qd ſignificat eccleſiā glorioſam nō habentē maculas ì cogitatiōe nec rugam in retentione nec aliquid deformitatis in opere. Miniſter ergo debet eē fama et ope glorioſus ex hiis fertur ſanctificatiōis effectus, quia altare erit ſancta ſanctorum quia ſacramentum quod in altari immolatur eſt ſanctum. Sanguis ergo ex Chriſti manibus fuſus nos ab actuali peccato lauit, Qui autem ex latere ab originali & qui ex pedibus a ueniali, pauca ergo utiliora colligemus, præterea miniſter altaris debet eſſe decorus primū enim coronam capite ferat cui ſupra caput ſit capillorum circularis abraſio & ipſorum uſque ad aures detruncatio. Abraſio quæ in ſuperiori capite fit quia inter ſacerdotem & deum nihil debet mediare, ſed capillorū truncatio quia temporalia tanquam ſuperflua debent reſecari, per circularē figurationem æternæ fœlicitatis gloriam promerentur, Alia præter hæc ornamenta habent quia ſacerdotes primum induant ſe armatura dei ut ſtare poſſint aduerſus inſidias Diaboli. Sex igitur fuerunt Chriſti indumenta tempore paſſionis quæ uirtutes omnes repræſentant primum amictum capiti ſupraponunt tanquàm galeam ſpei, ideo Apoſtolus galeam ſalutis aſſumite, nam ad altare accedere debent cum ſpe obtinendi, ſecundo albam induunt tanquàm loricam iuſtitiæ, Apo-

ſtolus,induti loricam iuſtitiæ quia per ipſam tuemur in proſperis ne nimium extollamur & in aduerſis fortitudinem præſtat ne ruamus. Tertio cingitur caſtitatis & mūditiæ cingulo, Apoſtolus ſint ſubcincti lumbis ueſtri; imo fornicationem & omnem carnis in munditiam euitare docet, Quarto manipulum accipiunt in ſiniſtra manu ſignificātes funem qua Chriſtum comprehēderunt et ligauerunt fortitudinis ſignum per quem aduerſa repellimus, Quinto ſtolam induunt cuius una pars a dextris fertur altera a ſiniſtris ut ſacerdotum prudentia & tēperantia ſignificetur quibus dicūt eſſe muniti, hæc repræſentāt cordam qua Chriſtus columnæ fuit alligatus, ultimo induit planetā quæ caritatem ſignificauit quia omniū peccatorum multitudinem cooperit. Taliter ergo armatus ad altare accedat confeßione oratione & crucis ſignatione, primum enim ab omni ſcelere mundatur cum dicit confiteor, ſecundo fit deuotus cum dicit Aufer a nobis domine cunctas iniquitates noſtras, tertio per crucis formationem manet ſecurus, quia Ezechiel ſupra quem uidetis thau ne occidetis, et, Moyſes facit pulcrum lauacrum de ſpeculo mulierum in quo Sacerdotes ſe lauabant Antea quàm tabernaculum introirent, Sacerdotes per cōfeßionis lauacrum mundātur eorū quia creū mentis amaritudo ſignificatur per ſpeculum mulierum uitam ſanctarum intuemur a quibus ſanctificationis modum & formam accipimus, præterea cum ſancta ſanctorum ingrediuntur, primum dicitur introitus qui prophetarum uaticinia ſignaret etiam deſideria ſanctorum patrū qui cōtinebantur ī limbo. sed feſtiuis diebus ter cā

tatur ad laudem Trinitatis,& bis in alijs diebus ad lau
dem diuinæ atque humanæ naturæ quæ fuit in Chriſto
Ieſu domino noſtro quia in primitia eccleſia in introi-
tu Apoſtoli dicebant pater noſter,ſed cæteri poſtea ma-
gis dignificantes Miſſam dicebant, pſalmum unum, ſed
Gregorius unum uerſiculum pſalmi qui tamen genuare
cum dicitur & magno clamore inchoatur ut clamorem
& deſiderium patrum repreſentet qui Chriſtum redem-
ptorē expectabāt ,poſtea dicitur Chyrieleyſon Chriſte
leyſon quia deus ſiue Chriſtus miſerere nobis,quæ nouē
uitibus dicuntur propter nouem ordines angelorum uel
ter ad laudem patris et ter ad laudem filii et ter ad lau
dem ſancti ſpiritus,poſtea in medio altaris dicitur Him
nus Angelicus,quia oculis & manibus in altum eleua-
tis dicit,Gloria in excelſis deo,ad ſimilitudinem Angeli
qui Chriſti natiuitatem paſtoribus euangelizauit . Sed
Gloria in excelſis & alleluya non cantatur a ſeptuage-
ſima uſq;ad paſca,quia tēpus illud Babiloniæ captiuita
tem ſignaret, quo tempore iudei ſuſpenderunt organa di
centes.Quomodo cātabimus canticum, domini eſt terra
aliena,poſtea ſacerdos ad populū ſe conuertit & dicit do
minus uobiſcum quia dominus eſt nomen dignitatis &
trium perſonarum patris filii et ſpiritus ſancti.Sed præ
lati propter dignitatem dicunt pax uobis ſicut Chriſtus
Diſcipulis pacem dedit, & chorus reſpondet dominus
uobiſcum quod ab Apoſtolo ſumptum eſt,qui nos ſpirī
tuales reddit & ſpiritum ſanctum in cordibus noſtris
eſſe uelit ,& quia Chriſtus ſignificat hominem deifica
tum et Ieſus deum habitum,ideo dicitur dominus quia

diuinas perſonas omnes includit, prætereą ſacerdos quin quies ſe manifeſtat populo, ſed quatuor uitibus alta uoce dicit dominus uobiſcum & ſemel ſubmiſſa uoce dicit orate pro me fratres, per hæc ſignificantur quinq; apparitiones quibus in die natiuitatis dominus apparuit et illarum una fuit occulta cum ſimonipetro apparuit poſtea dicirur ſicut numerus par eius, ergo quia nullam diuiſionem patitur pari noſtro numeratur. Ante tamen orationem dicit oremus. Sic dominus dixit Apoſtolis, Orate &c. Poſtea ſequitur Epiſtola *quæ legis iudaice doctrinam ſignaret & maxime prophetarum nec eam lumẽ præcedit quia lumen gratiæ nondum illis aduenerat quod* Chriſtiani *poſtea nacti fuerunt, deinde ſequitur reſponſorium quod nos ita facturos admonet ſicut docet* Epiſtola *& ſi tempus anni conueniat cantatur alleluya quæ diuerſimode interpretatur,* Auguſtinus *alleluya quia ſaluum me fac domine,* Innocentius *dicit eſſe quãdam eorum &* Angelorum *iubilationem,* Hieronimus *ale. cantare. lu. laudem. ia. ad dominum uel aliter altiſſimus leuatus in cruce luxerunt mariæ iam reſurexit, &* Gregorius Ale *pater lu. filius. ya. ſpiritus ſanctus poſtea ſequitur* Euangelium, *et primum accipit librum ex altari et ſuperponit* Humero, *ut ſignificetur quòd de populo* Gentili *ad iudaicum translata eſt Chriſti prædicatio, deinde dicit dominus uobiſcum ut populus attentius & deuotius audiat uerbum dei, poſtea dicitur cũ ſpiritu tuo quia ſanctus ſpiritus eſt donum cœlitus elargitum, & ante* Diaconum *præcedit crux lumen & thus primo crux quia per uirtutem* Euangelii, *crux per unũ*

ſolum lumen præcedit, quia Ioannes Baptiſta Chriſtum præceßit & Chriſtus nos. ſed thus doctrinæ Chriſtianæ odorem nobis ſignificat, in principio Euangelij ſignificamus frontem crucis domini, item os et cor, quo opere ore corde crucem donum euangelizare debemus, poſt euãgelium cantatur ſimbolum quòd inter cœna ſinodo fuit ordinatum. Quoniam aliud eſt Apoſtolorum in quo duodecim articuli fidei continentur, poſtea ſacerdos ſe conuertit ad populũ & dicit dominus uobiſcum Paulo poſt ſubmiſſa uoce dicit oremus quaſi conſecrationem tacitis uerbis facturus ſit, & populum ad orandum inuitat deinde ſequitur præfatio quaſi prima locutio quia de ſacramentali altitudine acturi ſumus & ſecundum angelicam conſuetudinem laudamus & benedicimus dominũ, quæ uerba ſunt maxima animaduerſione digna. Nũc moduim conſecrationis breuiter exponemus, Altare crucem domini repræſentat calix ſepulcrum patena lapidẽ monumenti corporale ſudarium uel linterulum quibus Chriſtus fuit inuolutus, hoſtia in Chriſti corpus trãsfertur & uinum in ſanguinem parum autem aquæ immiſcetur ut in uinum conuertatur quoniam ex Chriſti latere fluxerunt ſanguis & aqua, Materia panis debet eſſe in Azimis & materia ſanguinis debet eſſe uinum & non alius liquor. Sacerdotes tam diuinum miſterium conſecraturi incenſum offerunt in odorem ſuauitatis et quia omnia fieri deuote debent Altare oſculantur tanquam pacem inde ſint habituri et cruces proferunt tanquam per uirtutem ſanctæ Trinitatis hæc conuerſio fieri debeat, poſt autem diuinorum uerborum prolationes quibus me

*diantibus hoſtia in Chriſti corpus transfertur in altum
a Sacerdote iunctis manibus eleuatur cum maiori deuo
tione uideatur & omnibus melius manifeſtetur & calix
Similiter Iſaias ecce intelligis & ſeruus meus & exal-
tabitur,neque ſacroſancta uerba,quæ pro conſecratione
deo feruntur hoc loco inſcripſimus,quoniam Sacerdoti-
bus pro ipſorum dignitate ſolum modo debent eſſe mani
feſta,quoniā uileſceret ſi publicæ efferrantur.Omnia ta
men uerba & mores conſecratione diuina ſunt, deinde
ſequitur oratio dominicalis quam Apoſtoli miſſæ præ-
mitebant nam parua habebant altaria,quæ ſecum deffe
rebant,& miſſa dominica oratione agebatur.Poſtea Sa
cerdos hoſtiā diuidit in tres partes,quia Chriſti tres natu
ræ fuerunt,diuinitas,anima, & caro, & ſequitur pax
domini ſit ſemper uobiſcum,cum tribus crucibus,quas cū
parte hoſtiæ facit ſupra calicem,uu in uirtute trium p-
ſonarum præteritam præſentem et futuram pacem aſſe
quamur. Deinde ſequitur agnus dei quia agnoſcēdo uo
luntatem dei patris crucem oſtendit & matrem diſcipu
lo commendauit & nos patri reconciliauit,ſed poſt com
munionem fit gratiarum actio pro tam diuino munere
ſuſcepto,quia panem angelorum manducauit homo, po-
ſtremo dicit ſacerdos, Ite miſſa eſt,ſcilicet hoſtia ſacra
eſt,ultra ſequitur Euangelium Ioannis in quo ratio per
fectæ diuinæ continetur naturæ, tamen quod ante cele-
brationem ſacerdos lauat ſibi manus & poſt miſſam ſi
militer quia & ante & poſt debet eſſe mundus à pec-
catis magnis.Sed in miſſa ter ſibi lauat digitos quia in
cœlebratione etiam a paruis debet eſſe mundus parum*

ante conſecrationem ſibi lauat digitos,parum ante cõſecrationem ſibi lanat digitos cum aqua,ſecundo cum uino ultimo Iterum cum aqua. Omnia enim ſacrrdotum opera debent eſſe munda & os per quòd intrat & cor inquo ſuſcipitur,præter miſſam etiam diuina ſunt maxima cum ratione inſtituta,quia ſicut teſtatur propheta ſepties in die laudem ſibi dixi domine,prima quia tũc Iudas eum oſculatus eſt tertia quia tunc fuit Iudicatus Sexta fuit crucifixus nona ſpiritum emiſit,ueſpere depoſitus fuit ex cruce et in completorio locatus eſt in ſepulcro,et in matutinis reſurrexit ex mortuis,quia Mariæ cum ſepulcrum adiſſent Iam ſol ortus erat quia Chriſtus.Multa præter hæc ſacroſancta eccleſia diuinitus inſtituit quæ alio loco ſtudioſius inquirantur,Chriſtus eccleſiam eccleſiaſticas ordinationes habere uoluit primũ fuit lector teſte Iſaia ſpiritus domini ſuper eo quòd unxit me,ſimiliter exorciſta,quoniã in cana galileæ aquam in uinum conuertit,Diaconus autem quando diſcipulorũ pedes lauit,sacerdos quando accipiens panem et gratias agens benedixit etc,Poſt paßionem fuit oſtiarius quoni dixit,Attollite portas principes ueſtras.Epiſcopus quãdo ſupra diſcipulos manus apponit dicẽs, Accipite ſpiritum ſanctum et quorum remiſeeritis peccata remittentur eis et quorum retinueritis erunt retenta.Omnia ergo hæc chriſtianorũ inſtituta ſacroſanctis miſterijs plena ſunt et iudeorum et gentilium ſacrifitia ſuperantia:

De Luna ſecundum uarias traditiones poetarum. Cap. XXVII.

POSTEA *quàm terreſtria ſecundum poetarum traditionem deſcripſimus neceſſe ē ut ſupcœleſtia figmēta pro complemento doctrinæ inquiramus, & primum de* Diana *quæ manifeſte nobis magis apparet, philoſophantes quidam a modo ſuæ cauſalitatis naturā et ipſius rationem inquirunt, quare* Proſerpinam *illam appellant. Quidam per ſimilitudinem quam in hæc inferiora conſpiciunt quare* Dianam, *quidam per ea quæ in ſuo corpore intuentur & hij* Lunam, Proſerpina *ergo* Cereris *filia cum a* Plutone *una cum uirginibus & puellis ex* Trinachia *capta fuiſſet & ad infernum perducta, tunc alma* Ceres *quam* Græci Echaton *& nos flauā dicimus cum lapidibus ad* Plutonis *infima regna deſcēdit ut raptam* Proſerpinam *&* Plutonis *coniugem exciperet, quam cum ex* Plutonis *uiribus excepiſſet.* Alma Ceres *hominibus legem impoſuit & cuique pro diuerſitate locorum iura dedit, quare cum inferior* Proſerpina *a ſuperiori* Luna *modum ſuæ generationis accepiſſet & inferiorem & ſuperiorem* Proſerpinam *appellant.* Moralis *expoſitio* Semina *omnia terram ſerpentia ſunt, poſtea quòd a* Plutone *ſuſcipiuntur & maxime in* Sicilia *ubi maior frumenti quātitas fertur quòd uberiorem fructum reddit.* Similiter *cætera ſemina quando ſeruntur fructuoſa plurimum fiunt,* Ceres *ergo gaudium*

interpretat .r & alma quia omnes alit. Bchaton quia cẽ tuplum, nam ex uno grano aliquando centum naſcuntur quare omnibus gaudium parit & Flaua dicitur, poſt ſegetum maturationem talis apparet. Sed luminibus ad inferna deſcendit quia tempore quo frumentum colligitur ſol plurimum ſplendet & calet; ideo leges & iura hominibus impoſuit quia poſteaquàm frumentum & cætera frutifera ſemina exorta ſunt; Quiſque & frumenti & locorum ſuas partes nouit, Ceres tamẽ cum propter uſum papaueris Proſerpinæ aliquando oblita fuiſſet, A Ioue ſuo parente promeruit ut Proſerpina ſex menſibus cum matre ſupra terram ſtaret et ſex menſibus in inferno cum Plutone, nam ſex menſibus frumenti ſemina ſub terra continentur, & ſex menſibus frumentum manifeſte nobis apparet & ipſius uſum accipimus. Sed Ceres per comeſtionẽ papaueris obliuiſcitur Proſerpinæ, quia plurimi cum frumento carent papauere utuntur, qui aliquando obliuionem & aliquando ſtuporem inducit, Luna ergo cum omnibus uegetabilibus humiditatem tribuit, propterea augentur & creſcunt, ideo eſt dicta Proſerpina quia terram ſua uirtute ſerpit, nocte præterea lucet & die latet, item ſex mẽſibus creſcit ſex que decreſcit & tantum ſub terra latet quantum ſupra terram apparet, per has ergo ſimilitudines Lunam Proſerpinam uocant. Sed aliter quidam philoſophantes ipſius rationem inquirunt, Diana & Appollo ex Hiperione patre geniti ſunt, ipſorum autem matrem nemo nouit. Hæc iuuenis & pulchra & uirginitatẽ ſeruauit in nemoribus atque incultis locis cum magno numero Nim-

pharum ſe contulit et uenationibus intenta pharetram & arcum accintos fereb it, ſed dextera manu Siſtrum ut diſtantes Nimphas atque puellas aduccaret & feras omnes adduceret ſiue fugaret. Similiter concam ut aquas auriret et eas aliquando funderet, curru uehebatur quia duobus equis trahebatur qui curſum quandoque præparabant & aliquando curſu mitiores apparebant, Aliquando etiam montes conſcenderat & aliquando ſupra planitiē ferebatur, nunc iura nemorum dabat & aliquādo montium atque agrorum quando aquis imperabat ut ſiſterent & eas quandoque ad curſum compellebat, uates præterea, qui uoluerunt quod Endiminō paſtor cum Dianam plurimum dilexiſſet ab ea repulſus eſt. Sed poſtea cū in montem Ioniæ altiſſimum cōſcendiſſet ubi ferè triginta ob dormiuerat annis, aliquando etiam quia dianæ albas oues paſcebat ad gratiam reſtitutus eſt, Similiter Pan Archadiæ deus ipſam diuinam uehementer dilexit & ob munus candidiſſimæ lanæ in ſuos deuenit amplexus, ſed Actheon uenationibus ſumopere intentus cum Dianam & Nimphas nudas in fontibus ſe lauantes minus prudenter inſpexiſſet in Ceruum conuerſus eſt quem poſtea canes ignorātes illum fuiſſe Actheonem dilaniauerunt & Perdix Dianam magnoopere dilexit deinde ſuæ matris amore incenſus Dianam deſeruit, poſtea uero matiæ ac tabe conſumptus eſt, præterea cū Luna multos maximosque producat effectus etiam multa nomina promeruit, quia Lucina Diana Proſerpina Triuia Argetra Phœbe Ceres Artonis mens. Moralis expoſitio, ideo Lunam & Phebum ex hiperiōe genitos uolūt.

quia Hiperi, idem eſt quòd ſuper omnia glorioſus deus ut præclare Auguſtinus & cæteri diuini ſcriptores teſtantur ſupra omnia continetur non excluſus & infra omnia non concluſus, fecit duo luminaria magna unum quòd diei præeſſet & alterum nocti, Sol ergo diem & Luna noctē illuminat, ideo Phœbe, quia paruis Phœbus appellatur horum tamen duorum luminarium matrem nemo nouit quia ex nulla materia geniti ſed ex nibilo cā ti ſunt quòd ſi ex materia geniti ſunt ut philoſophantes quidam uoluerunt nemo tamen illius materiæ rationem nouit quia ignorant an ſit eiuſdem ſpeciei cum materia iſtorū inferiorum an ſpecie differāt quæ ſunt alio loco ſtudioſius inquirenda. Quòd autem Iouem cōtra Titatonos aliquādo pugnantem inuenerit, Ideo fictum eſt quia Luna æſtuoſas ac ſuperbas pugnantium mentes cōtra uiros bonos ac iuſtos ſua frigiditate remittit & ſua luce illuminat, ideo iuuenis quia menſe renaſcitur et nouo ſplendore luceſcit, Virgo, nam & ſi recipiat alterationem in lumine quia nunc lucere nunc obſcura uideatur tamen ſuæ ſubſtantiæ modus inpaßibilis diffinitur, nullam alterationem atque corruptionem ſuſcipiens, ideo arcū & ſagittas accinctas fert, arcum quia in eius ſimilitudine frequenter apparet & quia tanquam per arcum ſuos radios ac uim omnem ad inferiora tranſmittit, ſiſtrum dextra manu fert eſt enim ſicut genus tubæ quo utuntur ægiptii cum incrementum niſi hominibus incolis ſignificare uolunt. Similiter Luna ſuo colore ac ſitu & per aliorum planetarum aſpectum aquarum incrementū ac diuinationem ſignificat, quid præterea cæteris rebus

futurum contingat, quòd autem ſiniſtra concam ferat ut aquas effundat et colligat quia continuum aquis, crementum præſtat imo ex Lunæ motu aquæ omnes creſcunt ſiue decreſcunt, nam cum Luna ad cœli medium peruenerit aquæ intument ut manifeſte decliues, quia plurimum deſcendiſſe apparent, cum autem ad punctum mid1æ noctis peruenerit. iterum tumere & in altum circuiſſe aquæ apparent. Sed ideo curru uehitur quia in epiciclo continetur in ſimilitudinem currus qui ſuper ſuo deferente rotatur, quare Luna nunc diſtantior nũc autem propinquor apparet, duobus etiam equis trahitur quia unus a puncto connictionis uſque ad oppoſitionem alter uero ab oppoſitione ab coniunctionẽ, uel quia unus nocte terram uehit et alter die, ideo etiam unus equorum clarus & alter obſcurus apparet etiam quia curſum aliquando properat & aliquando retardat, ideo Luna curſu uelox & aliquando tarda & aliquando ſtationaria dicitur, quæ apud Aſtrologos clare conſtant. Quòd autẽ montẽ conſcendat, quia augem ſui epicicli uel deferentis cõſcendit uel quia nocte uiatoribus lumen ac uirtutem tribuit, imo per uirtutem Lunæ in montibus ſuſceptam argentum generatur & aqua. Muta præterea quia philoſophis perſcrutantur quòd etiam in planities & ima quandoque deſcendat quia in oppoſito augis epicicli et defferentis aliquando deſcendit uel etiam quia in locis decliuibus atque profundis uirtus Lunæ pertingit & uegetabilibus oĩbus generationẽ atq; incremẽtum tribuit, Quuòd autem agrorum montium atque ſiluarum iura tribuat, quia paſtores curſores & nautæ in

agris montibus ſiluis & nauigationibus a lumine lunæ iuuantur, nam paſtores luminoſa nocte greges nutriunt & uenatores feras ſequuntur et fugant, nautæ maris et fluminum tucius itinera proſequunrur & aquarum et ſi derum curſus rationem accipiunt. Quòd autem Actheon cum Dianam nudam inſpexiſſet in ceruum conuerſus eſt, ideo fictum, nam ille ſumma cum uoluptate rura uenatio nibus intenderet & canum et æquorum copias nutriret poſtea uero cum uenationum picula labores animaduer teret uenationis uſum omiſit, canes tamen multos paſce-bat ut ad inopiam peruenerit, quare a Diana conuerſus in Ceruum quia beſtialis factus a canibus conſumptus eſt. Sed Perdix primum Dianam inſequutus eſt: deinde amorem omnem in matrem conuertit, quare matris cu-ra in tabuit, nam Perdix primum uenationibus intende-bat, poſtea mentem a uenationibus amouit et terram ſi-bi ac cæteris parentem ſumopere coluit, quare nimio labore tabefactus periit, et Endimion paſtor primũ Lu næ curſum adinuenit et ut aſtrorum et maximæ Lunæ melius ratiões inquireret in altiſſimum Ioniæ montem conſcẽdit, ubi triginta annis ſpeculationibus intentus di citur obdormiſce, quare amore Dianæ complexus eſt uel quia Luna omnibus uegetabilibus humiditatem præ ſtat quare Emdimioni ac cæteris omnibus paſtoribus cõ fert, ideo albas oues paſcunt, quia a lunaribus radiis inferiora omnia dealbantur, quòd etiam Pan Archadiæ deus Dianam dilexerit et ipſam oſculo complexus eſt, ideo fictum, nam his aſtrorum rationem nouit et Lunæ naturam longo ſtudio inquiſiuit et poſteris tradidit p

munus candidæ lanæ quia per luminis conſiderationem et naturæ ipſius maximam cognitionem accepit et amorem Dianæ promeruit, uel quia pan ſcilicet Sol Lucem præſtat et ſextili ac trino a ſpectu Lunam maximo amore complectitur; Nunc autem inquiramus nomina quæ lunæ optimo iure conueniunt, primo Luna quia lucet quòd ſi mane ac ſero ſua ſe luce manifeſtet Diana ſed proſerpina quia terram intrinſecus ſerpit, trina quia ſuperiora illa tria nomina promeruit, Lucina quia infantes ad lucem ducit et parturientes iuuat, etiam dicitur argentea quia argento ſimilis et in uiſceribus terræ argentum efficit hecates quòd centum ſignificat quaſi fœtuũ ſibi uirtutes inſint, item anotemus quòd Athica lingua idẽ ſonat, quòd luna et mane deficiens quia lumine aliquando caret et lumine aliquando plena uidetur, neque iniuria tam multa nomina promeruit quia plures et manifeſtos magis effectus producit, primo quia nobis propinquiſſima, ſecundo quia uelociſſimi motus, tertio quia plurimum planetarum uirtutes ſuſcipit, præterea ſeniores quidam uates Phœbi et Dianæ generationem pulcra nobis poeſi tradiderũt, Latona ergo Rhei filia a Ioue optimo maximo plurimum dilecta fuit ut ab eo geminiam prolem ſuſceperit Dianam et Phebum. Sed Iuno cum nouit illam ex Ioue grauidã genitãq; prolẽ conſpiceret, Phitonem ſerpentem genuit immenſe magnitudinis qui tria montium iugera occupabat ut terram omnem euerteret et Latonam fugaret atque perimeret, cumque Phiton illã grauidam aliquamdiu uidiſſet poſt multã peregrinationem ad ortigiam inſulam timida Latona peruenit ubi

Phœbum et Dianam peperit. Sed Diana cum primum ge
nita fuiſſet Phœbum ſuis manibus ſuo amplexu tanquàm
obſtetrix et alumna ſuſcepit, et donec incrementum acce
piſſet illum ſemper nutriuit et auxit, Phœbus autem for
tior factus mille ſagittis Phitonem fugauit et tandem
illum peremit, Inſula uero in qua gemeli uno partu geniti
ſtūt primum Ortogia, ſed poſtea Delos eſt appellata
quaſi apparitio, nam eo in loco Diana et Phebus primū
apparuerūt, poſtea uero cum homines illius inſulæ uiri
bus ac doctrina creuiſſent Phœbum tanquam ſupræmum
deum uenerabantur. Quare cum aras & templa maxi-
ma inſtituiſſent, reſponſa dabat et pro deorum conſue-
tudine mirabilia plurima faciebat ut ignaros homines
falleret et ab eis diuinitatem promeruit, præterea mo-
deſtiſſimi quidam uoluerunt quòd poſtea quàm Latona
gemellos peperiſſet et æſtuoſam ſitim pateretur ad flumē
Rodi ſitibunda confugit. Sed ruſtici qui in montibu s cō
tinebantur aquæ potum prohibuerunt et Latonam petē
tem flumine ſæuo Marte repulerūt, Latona utro graui
us illorum ignauiam ferens in ranas eos conuertit. Mo
ralis expoſitio præclari huius figmenti cum poſt diluuiū
omnes ferè mundi regiones aquis ſubmerſe forent tanta
erat aquarum euaporatio et caligo et maximarum nu-
bium multitudo ut neque lunam nocte neque ſolem die
intueri quiſquam poſſet, quare hos perditos ignari homi-
nes arbitrabantur, Sol autem et Luna potentiores facti
caliginem nubes et omnem euaporationem ſoluerūt, qua
re ſol et Luna qui primum aliquamdiu latuerant mani
feſte omnibus apparuerūt, cum ergo loca omnia propi

mare ægeũ et Achaie ſubmiſſa forent, Iupiter quia mi ſericors deus, Latonam quia ortigiam Inſulam ubi Sol et Luna aliquamdiu latuerunt plurimum dilexit, quare manifeſtare Solem et Lunam uoluit ut homines ad gene rationẽ et incrementũ ſufficerent quia licet motus ſolis et aliorum planetarum in obliquo circulo ſint cauſa ge nerationis corruptionis in iſtis inferioribus cœleſtis ta men ut lux et uirtus eorum ad inferiora manifeſte deſcẽ dant & ſimplicibus elementis & mixtis infundantur quare generationem efficiant et incrementum ſuſcipiãt, ideo Latona quæ primum prægnans Sole & Luna ma nifeſte apparentibus quos antea conceperat, poſtea clare uiri eam peperiſſe tradiderunt. sed primo Dianã quia illam nocte prope auroram primum uiderunt & adue niente die Solem, poſtea etiam uiderunt, ideo Luna pri mum uiſa tanquam obſtetrix & alumna ſolem ſuſcepit & ſibi opem tulit ut pro diſſolutione nubium & obſcu re caliginis ſufficerent, quòd autẽ Iuno Phitonem ſer pentem maximum genuerit quia nubes maximas ac mo biles in aere procreauit quæ manifeſte apparentes Lato nam fugabant quia conceptum Solis & Lunæ prohie bebãt hæ, nubes cum mouerentur ueluti ſerpentes appa rebant quia tria montium iugera occupabant quia tres aeris regiones, Aer uero ſicut mons & terræ & aquæ ſupereminet, & tria iugera ſunt tres ipſius regiones, nã licet materia omnium impræſsionum in metrologica rum ab aqua & terra effluuant tamen omnes in aere ſu ſcipiuntur; quæ ſi a Solis uirtute agente diſſoluantur, tunc mille ſagittis quia multiplicatis radiis et uirtute ip

ſius calefactiua fit caliginis & imbrium diſſolutio,quare cũ Sol & Luna manifeſte apparuiſſent inſula quæ primum Ortogia,poſtea Delos quia apparitio dicta eſt, Sol ergo apparens Phitonem fugauit quia omnem nubẽ ſoluit,poſtea uero Diabolus,cui datum erat homines fallere poſſe illis nocere per ſtatuam Phœbi quam auream illi formauerant reſponſa dabat & miracula multa faciebat,quare ignari ac etiam doctiores illius inſulæ & totius grætiæ præclari homines diuinitatem maximam Phœbo tribuerũt, quòd autem Latona ſitiens fuga ruſticos in ranas conuerterint,ideo fictum,nam Rodiani litijs bellum gerebãt Delones Rodum uenerunt ut illis opẽ ferent,cum autem Delones ſitibundi ad flumen conueniſſent,montuoſi ruſtici aquas probibuerunt, ideo Delones ſæuo Marte ruſticos omnes necarunt, poſtea uero quã hoſtiles iſti homines abierunt & montuoſi ruſtici in eum locum conueniſſent ubi parentes occiſi fuerunt maxima ranarum multitudo genita erat tunc incole ob iram Latonæ homines illos ſubmerſos in ranas conuerſos exiſtimabant.

De Mercurio, Cap. XXVIII.

MERCVRIVS ex Ioue patre et Maia matre genitus eſt,ſed a patre in mortalitatem promeruit. A matre uero mortalis eſt factus, ueruntamen cum Iuno Maiam & Mercurium plurimum dilexiſſet illum tanquàm

*alumna ſuo lacte nutriuit. Quare Mercurio immortali
tatem & diuinitatem donauit, hic præterea in Archadia
conceptus atque genitus eſt. Sed Appollo Iouis filius
quia maior natu Mercurium dignitate præcellit quo=
niam Appollinem conſilii & rationis ac optimarum di
ſciplinarum deum faciunt, ſed Mercurium ſermonis &
eloquentiæ, illarum præterea diſciplinarum quæ ad ho=
mines ſpectare magis uidentur. Mercurius Philogiam
in uxorem duxit a qua omnes liberales artes in dotem
ſuſcepit. Sed froneſis Philogiæ mater Mercurium præ
claris atque optimis moribus enutriuit, quia facile in
molos mores prolaberetur niſi eum froneſis contineret
nã Mercurius ex Venere ſorore ſua hermafroditum ge
nuit & Apoſtolis boues clam furto ſubripuit. Sophia
Mercurium plurimũ dilexit & ſe coniugali uinculo iun
gere cupiebat niſi Philogiam coniugiem antea ſuſcepiſ=
ſet, præterea ueteres omnes uates Mercurium deorum
omnium curſorẽ uoluerunt & Iouis optimi maximi re
ſponſa tanquam legatus ex ſublimi Ethere a Diana fe=
rebat & ſibi ornamenta contribuunt, quæ curſoribus ac
oratoribus conferre ſolent, nam capite Pileum ut a Sole
imbribus tueretur duas ſupereminentes alas capite fere
bat alteram a dextris alteram a ſiniſtris & non ſolum
pedibus iter properaret, ſed capite quandoque uolaret et
dextra manu ſeptrum fert ut animas ex Orcho reuoca=
ret etiam eas ad inferna compelleret ipſaſque uicturas
ac morituras cogeret, uentis etiam leges imponebat ut
aliquando ſiſterent & aliquando fortius irruerent, Se=
ptrum ſiue uirgã quam pro principium dignitate ferea*

bat a duobus ſerpentibus erat circunuoluta quorum al ter in alterum expirabat & aperta ora tenebant mobi- leſque linguas. Similiter manu gallum ſibi conſecratum quem geſtabat quem tanquàm accipitrem exornauerãt, nam uincula quæ pedibus erant aligata forti manu ac uirtute a Mercurio continebantur et campanæ quæ ali gantur frequenter pulſabant, & aliquando Gallus alta uoce proclamabat. Mercurius præterea pedibus Ocreas ferebat ne per itinerum diſcrimina capite, ſed pedibus iter properaret nunc paſtoris habitum ferebat et aliquã do curſoris. Aliquando etiam oratoris et aliquando me dici phiſici longa toga incedebat. & aliquando breuiori ſicut incedit, propterea illum plures habere effigies uolue runt & plura ſibi nomina tribuebant, primum Cilenus a Cileno monte Archadiæ ubi primum a Ioue atq; Ma- ia parentibus conceptus, poſtea uero genitus eſt,] Mercu rius a Mercatione dicitur quia omnem mercandi atq; negociandi rationem edocuit, etiã Archas dicitur ab Ar chadia tanquam ſibi proprium nomen promeruit & Ty riis quaſi dominus quia plurimum ſua uirtute ac potẽ tia dominantur, Quidam deum prudentiæ illum faciunt nam et multarum diſciplinarum rationẽ nouit quia elo- quentiam ſumma ratione profitetur et ueritatem hyſtoria rum exornat et fabularum figmenta credere facit tan- quàm uera extitiſſent futurorum præſcientiam nouit ſomniorum atq; curarum ueras cauſas reddit. Aras deo rũ inſtruxit & quo pacto uota reddere illis debeamus numerorum ac magnitudinem clare diſtinguit, quantum etiam aduerſantia ſidera inferant & quantum iuuamia

conferre hominibus ualeant quæ omnia in morali expoſitione trademus, quædam tamen antea primitias, nã Mercurius ſi bonis iungatur melior efficitur ſi malis deterior. Si maſculis maſculus efficitur ſi femellis ſexũ permutat, Sicut enim materia per aduentum formæ naturam uariat ſic Mercurius ſi alijs iunctus fuerit aliorum mores ac naturam ſuſcipit, ideo poetæ qui non omnem Mercurii nnturam nouerant. Si qui eloquentia præſtabant, uel aliqua bonarum diſciplinarum quas primum connumerauimus hos Nercurios faciebãt, ideo plures apud eos fuere Mercurii. Moralis expoſitio p Mercurium deum ſermonis intelligimus, nam hic medius & ueluti currens inter quos marcaturæ et reliquæ actiones contingunt, Mercurius enim merces curat uel mercatorum Tyrios, quia dominus, nam mercatores omnes non minus uerba quam merces uendere curant. Sermo igitur quilibet ex Ioue immortali naſcitur quia ſignificandi modus quem ſermo habet diuinus eſt & ſonus ille cum intentione ſignificandi cum ab humana anima proferatur Ioui merito comparatur, quoniam effectus uirtualiter ſuam cauſam contineat. Sed aer qui eſt ſicut materia ſermonis & mater mortalis eſt quia ſi Iunonis lacte nutriatur & ad ſupercœleſtia et in altum quia diuina feratur, tũc dominus et mortalis efficitur quòd Chriſtus ipſe teſtatur, ubicunque fuerint duo uel tres congregati in noĩe meo, Ibi ego ſum, & ſermo qlibet a Iunone quia ſcilicet ab aere nutritur & in aere ſuſcipitur efficiens ergo a quo diuinitatem promeruit eſt intellectus humaaus, imo perfectio cuiuſcunque entis accipitur a ſi

ne ſcilicet a rebus de quibus eſt,& ideo ſermo quando que mortalis et quandoque immortalis efficitur,quòd autem in Archadia conceptus atq; genitus ſit mercurius, ideo fictum quia regio illa eloquentiæ ſtudioſius inuigilat,hæc preterea humanitatis ſtudia apud Archades plurimum floruerunt. Hii etiam inuentores et ultores tam præclare profeſſionis extiterunt,quòd autem nuptiis deorum Mercurius interfuerit & tanquàm inter nuntius eas celebrauerit quia per eloquentiā nuptiæ complentur,et plurimo ſermone in eis ac cæteris conuiuis utuntur,ſed quod poſt Appolline̅ Mercurius genitus ſit quia per Appollinem rationem ac conſilium intelligimus quæ per eloquentiam exornantur, nam inutilis eſt ſermo quilibet niſi cum ratione atque conſilio proferatur, ideo philogiam in uxorem duxit quia ſtudio & amori ratione coniungitur,Philogia enim amor rationis interpretatur qui per facundiam et eloquentiam exornatur. Sapiens ſi eloquentiæ rationem exornauerit diuinus apparet, ideo froneſis eſt Philogiæ mater quia prudentia omnes humanas actiones regit, ratio ergo atque conſilium a prudentia perficiuntur et ab eloquentia exornantur & artes liberales in dotem Mercurio tradite ſunt,quia dignitas & ſplendor eloquentiæ maximus eſt ſi artes iſtæ liberales ad fuerint, nam ſcientia quælibet propriū elocutionis imo pronuntiationis modum expoſcit et optimarum ſententiarum copiæ Mercurium imo ſermonem omnem diuitem faciunt,neque admirari oportet ſi Sophia Mercurium dilexerit & ſe illi matrimonio iungi cupiat,quia ſapientum ornatiſſimi ſermones perpetuam

rei publicæ pacem gignunt, et ciuium ſeditiones ac oppugnantium inſidias admouēt. Quòd autem mercurius curſoris habitum ferat, nam talem ad nos uirtutē defert ipſe præterea a bonis melior efficitur & a prauis ſiue infortuniis peior. ſimiliter aliquādo maſculus et aliquādo femella, ideo galerium fert ut imbres ac ſolares radios fugiat, uel quia a ſolaribus radiis tegitur ſub quibus ſemper continetur, uel quia Mercuriales præcipua caliditate ſuum conſilium tegunt & coopertam uerborum ſignificationem habent, quare nunc obſcura nunc cooperta uerba proferūt. Alas. præterea capite ferūt quia maxima ſolertia et facile omnia animaduertunt uirgam ferunt quia corporum rationes metiuntur longitudinem latitudinem & profunditatem, præterea facundus ſermo recto rationis iuditio proferatur & falſas errantium opiniones repellit et uera auget atque confirmat etiam auſpitia fugat quæ hominibus frequenter contingunt hac etiam ratione uentis imperat quia opiniones uentis ſimiliantur. Quod autem animas ex Orco reuocat et aliquando adire compellat quia ſi Mercurius infortuniis coniungitur, quia Saturno uel Marti uitam abbreuiat ſi fortunis quia Ioui aut Veneri uitam profert quòd autem uirga ſerpētibus circunuoluta ſit, nam contemptioſi et deſidioſi a uirga, ſcilicet ſapientis ſermone mites fiunt & bella ſedantur et quæ in republica, dubia ſunt prudentis diſcuſione præferuntur. ſiniſtra Gallum fert qui uigilantiam maximam ſignificat, nam ſermonis ratio aliquando arte et aliquando natura profertur, Ocreas fert quia ſapientum affectus ſuo ſermo-

ne tegũtur, Aurea Talaria quia paruus ac ſplẽdẽs debet eſſe ſermo ſapientis, et alas pedibus ferunt ut ſignificeatur nihil eſſe ſermone uelotius. ſi autem ornamenta hæc ad medicos referemus, ideo Galenum ferunt quia cœli motum ac ipſius naturam cognoſcere debent, quòd ſi ſupercœleſtium ſiderum motus ac naturam ignorauerint facile pereunt, aeris etiam diſpoſitiones animaduertunt a quo tegimur, & continemur. Alas capite ferat quæ medici ſolertiam ſignificant, nam remedia omnia mẽte contineant ut ſi ergo pereũtes occurrerint Cita cõferre ſuffragia et ualitudinem poßint, præterea ſeptrum gerunt ut falſas egrorum et ignorantium medicorum opiniones repellant et ueras contineant et rectitudine ſue ſapientiæ perituros egros liberent et aliquando medicorũ ignauia incolumes pereunt, quòd autem ſerpentes uirgam circuant, ideo fictum ut omnia ſingulari prudentia circunſpitiant, nam quæ capiti proſunt cæteris membris aliquando obſunt cum differentes ſint complexiones ac cõpoſitiones, omnia ergo medicus maximo ſtudio ac ſumma ratione animaduertat & dextera manu quia forti cogitatione ſpeculationibus intendat et ſiniſtra Gallum ferat quia omnem uigilantiam et egrorum ſalutem conferant & diſpoſitiones naturales et eccleſiales quæ egros proclamare faciunt diſtinctæ atque clare intelligant pedibus. Ocreas ferunt ut ſuos affectus tegant et ſe ad motus celeres præbeant quia medicis omnes uirtutes inſunt et nulla uoluptatum inquinamenta et aurea et alata Talaria ut puram & mundam egris affectionem manifeſtent quia nulla profecto diſciplina plures et dignio

res

res habere partes debet quàm medicina quia ueterum au ctoritate et opere et ſcitu difficillima iudicatur. Mercatores etiam qui per Mercurium ſignificantur prudentes ac ſolertes eſſe debent, ut nulla temporũ ſiue uiarum diſcrimina uitent, ideo Galerum ferant quia ſingulari uirtute et maxime prudentia ſapientia atque ſolertia tegãtur, ut omnes caloris & frigoris uires fugiant & alas capite ferant ut ſingularem ſolertiam manifeſtent, & uirgã quia recto rationis iuditio omnia metiantur, et ſerpentibus circumuolutã quia maxima prudentia animaduertant quæ in comparandis aut uẽdendis mercibus profutura ſiue nocitura ſint, et uigilantiam ſicut Galli ſeruent, nam mercatorum negotiationes facile otio pereunt: Ocreas & alata aurea, quia Talaria ferant ut ſe celeres ad motus præbeant, ueteres itaque philoſophãtes quia proprietates et omnes Mercurii uirtutes diſtingunt et quaſdam bonas et quaſdam obſenas animaduertunt, ideo etiam plures Mercurios faciũt, nam Mercurius Liberi et Proſerpinæ filius clam boues a Phœbo ſurripuit, & Bacho uaccam unam dono dedit ne furtum quod ſolus uiderat palam faceret, poſtea uero Mercurius ut Bachi fidem temptaret ſe in aliam imaginem permutauit, et Bacho pollicitus dare Taurum ſi furto ſibi areptos boues manifeſtaret. Bachus rem omnem quam antea uiderat palam ſignificauit, Mercurius uero grauius ferens illum in lapidem puniceum conuertit, Appollo uero eũ furtum cõſpexiſſet et Bachi conuerſionem in lapidem arcum accepit atque ſagittas ut Mercurium perimeret. Sed Mercurius aufugit et phœbi furorem euaſit, Tan-

idem facta inter eos concordia Mercurius citheram Phœbo donauit et Appollo uirgam Mercurio, et Bachum in lipidem conuertit quo facili contatu metalla diſtinguimus, figmentum hoc ſic ueritatem accepit, Nixus qui ad currendum cæteros antecedebat Stilbon appellatus eſt quòd uelox apud nos ſonat, hic magicas artes et demonum illuſiones didicit & illis ſtudioſe operam dedit, qui cum ad furandum naturaliter procliuis eſſet Phoronidis ſacerdotis Appollinis armenta ſurripuit, et poſt ingens tumulum lapideum locauit cui nomen erat Batos uerū tamen Taurus unus tumulum conſcendit et cæteros Tauros mugiens aduocauit & furtum quærentibus armenta manifeſte ſignificauit. Sed Stilbon formidās iram furtum grauius ferentis aufugit ne ſagittis quia furentibus uiribus illum interficeret, poſt uero terram facti ſunt amici et alter alteri ſua ornamenta donauit. Stilbō qui natura furerat tanta cæteris uirtutibus præſtabat ut apud Archades et Aticos diuinitēat promeruerit quare ſibi aras et templa inſtituerunt, et cum furto res perdite forent illum furti exquiſitorem expoſcebant & rerum clam ſurreptarum faciebāt, nam ſepenumero fur to ſubrepta manifeſte ſignificabat. Alius etiā fuit Mercurius ex Cœlo patre et Diana matre genitus, qđ ideo fictum Philon Archadiæ cum Proſerpinam ipſius filiā nudam in Balneo lauantem inſpiceret minus prudēter illam concupiuit, quare cum ex patre filium genuiſſet. Philon eruditiſſimus quidam philoſophus puerum hunc alere inſtituit et illum bonis artibus nutriuit, et Hermetē uocari iuſſit qui interpres, nouerat enim Philon reſpon-

ſo deorum ac ſiderum ſignificatione quòd hermes doctri
na et uiribus cæteros ſuperaret, quare cum adoleniſcet
ad ruborem infande originis ſe in egiptum contulit &
mathematicis quia geometriæ ariſmetricæ et aſtrologiæ
operam dedit. Quare cũ hermes primum diceretur quia
interpres. Poſtea pro maxima et ſtupenda omnium ad-
miratione Mercurius appellatus eſt, nam cum mathema
ticis artibus floruiſſet etiam ſacris literis operam dedit
et ſcientiæ medicinali, quare illum cœli tanquàm ex ſu
premo ethere miſſum & diei quia claritatis eximiæ ge
nitũ fuiſſe tradunt, ideo tanquàm plus diuinitatis pro-
meruiſſet illum Appollinem appellabant, quia diuinarũ
et humanarum rerum ſcientiam accepiſſet, philoſophia
ergo cum in tres partes eſſentiales diuiſa ſit, naturalem
mathematicũ et methaphiſicã ſiue diuinã, tñ tam natura
lis quàm magnica ad homines ſpectare uidetur. Sed medi
cinalis ſcientia cum diuinas et humanas partes habeat,
ideo cæteris naturalibus diſciplinis merito eſt præferẽ
da. Quòd autem Mercurius hermafroditum genuerit
quia primus modum ipſius generationis inuenit, nam ſi
uiri ſperma ſua mole aut uirtute ſit fortius generatur
mas. Si autem mulieris ſperma ſuperfluit generatur puel
la, quòd ſi ſpermata equæ potentia fuerint hermofrodita
generantur, quæ de utroq; ſexu participãt, quidam tamẽ
philoſophantes uoluerunt quòd mares in dextera ma-
tris parte cotineantur, femelle in ſiniſtra, hermofroditæ
in medio, ſed horum dubiorum ueritatem alio loco expo
ſuimus, poetæ enim generationẽ hormofroditæ aliter tra
diderunt, quia ex Venere et Mercurio hermafroditam

genitam uoluerunt, poetarum tamen figmentum particu lariter referemus, is frigiæ pulcherimus adoleſcens ex montibus ima deſcendit ubi erat fons limpidiſſimus atque dulciſſimus, in qua Salmantis Nimpha continebatur hæc, cum iuuenem eximiæ pulcritudinis admiraretur & eius maximo amore cõplecteretur, eum ad modũ aliquã diu in fonte continuit, poſtea uero adoloſcens ſingulari rubore perfuſus puellam deſeruit, cum autem ad fontem iterum non uiſa puella rediiſſet, tamen illum puella cuntinuit, utq; uni omnẽ amorũ forti complexu percepiſſent, ex puero atque puella factus eſt hermofrodita quæ præcibus Iouem maximum exorauit ut quicunque flumen ingrederetur utriuſque ſexus rationem haberet Poeſis hoc pacto ueritatem accepit, in carmania eſt fons quidam ſaluberrimus atque dulciſſimus quem ſalmam uocant, ad quem montuoſi homines pulchriferi atque imanes conuenire ſolent, qui propter frequentem uſum aquæ mitiores fiunt, etiam propter hominum conuictum qui in eum locum conueniunt ſeuiſſimos mores deponunt et tanquam efeminati hermafroditæ, quare maris et femelle naturam accepiunt. Si autem hoc ad ſermonem referemus ſermo quilibet debet eſſe uirilis, ſed nimia uerborum copia quandoque mollitur et efeminatur et hermofrodita efficitur. Qui ex Mercurio & Venere propterea genitus eſt quia Mercurius ſermoni dignitatem tribuit. Sed Venus longas ac blandas locutiones facit, prolixus autem & nimium uoluptuoſus ſermo hermafrodita dicitur. Mercurius etiam paleſtræ ludum inueniſſe dicitur, quia nunc ſolem ſuperare uidetur nunc uero ſuccum

bere. Sic litigantium ſermo ,quia unius quidem ſermo
præſtare poſtea uero alterius ſubcumbere uidetur, Tau
ri enim & uis ac dignitas compoſitæ ac grauis elocu-
tionis ut immanes homines legibus continentur et urbes
conduntur et coniugia celebrantur et bene inſtitutæ res
publicæ montes euertunt,quia lapides pro conſtruendis
mœniis ac domibus componunt et flumina ſiſtunt, quia
fontibus fluminibus et cæteris aquis leges imponunt,nã
hæc omnia ſapientum eloquentia complentur cuius quan
ta ſit uis particulariter declaremus.

De eloquentia. Cap. XXVIIII.

SI dignitatem ſi eloquentiæ præſtan-
tiam atque uim meis efferre laudibus
cuperẽ ea ingenii uis,ea dicendi exer
citatio eẽ oporteret quibus uel poetæ
uel oratores maximi excelluerunt,hij
non ſolũ arte atque doctrina quibus
præſtabant,ſed quaſi diuino quodam inflati ſpiritu res
falſas tanquã ueras tradiderunt,et quæ nullo mõ excogi
tari poſſunt ingenio pro ipſorum dignitate pro dicendi
uehementia probauerunt, nam tanta eloquentia fuerunt
ut tanquam deorum munus res geſtas tradidiſſent, ipſi
uero tanquam diuini homines credebantur.Sed quia hæ
humanitatis ſtudia a nobis ſunt pœnitus aliena uim elo
cutionis non pro conſuetudine oratorum ſed pro philo-
ſophantium inſtitutionibus enarrabo.Orpheus appolinis
et Caliopis muſæ filius a Mercurio cõpertam liram do

no ſuſcepit, cuius tantam conſuetudinem accepit ut pro uehementia ſoni pro ſuauiſſima armonia omnes illum inſequi cogebãtur, nã ſiluæ maximis ac uetuſtiſſimis arboribus planè illum comitabantur, Cum uero maris uel fluminis littoribus inſideret et pro fluuia continebat & ſilentia equora, et fluctibus carentia quieſcebat; hic præterea ſilueſtres et indomitas feras ſono comites fecerat & hominibus parere & cum illis uitam ducere curauerat. Orpheus ergo cum Heuridicem plurimum dilexiſſet, et cantu ameniſſimo illum amare fortius compelleretur in coniugem eam accepit. Sed Heriſteus paſtor cum Heuridicis amore plurimo contineretur & illam prope ripas hebri cum driadibus comperuiſſet eam longius inſecutus et ui rapere curabat, ipſa uero per inuia nemoria & inculta loca fugiens latentem ſerpentem nudo pede compræſit, quam cum rabido infeciſſet morſu eã interemit; Orpheus ad inferni lares cithera ſonora cõfugit & dulci canctu manes exorare cœpit ut Heuridicẽ redderent, hos tanta pietate flectere uiſus eſt ut à Proſerpina Plutone & cæteris infernalibus diis gratiam promeruit ſibique tandẽ reddita eſt eo pacto ut ſi aliquando retroſpiceret antea quam reddidiſſet ad ſuperos illam iterum perderet, Orpheus uero cũ Heuridicis amore plurimum incaleret ſe ad coniugem uertit, ideo eam perdit quam cum amiſiſſet longius fleuit & Celibem uitam duxit ut maximo odio a mulieribus haberetur, quare cum Bachi ſacra celebrarentur eũ roſtris & ligionibus interfecerunt & caput et citheram inhebrum flumen iecerũt quæ uſque in beblion delata ſunt, cumquàm ſerpens qui

dam deuorare caput uellet Appollo in ſaxum conuertit et citheram in cœlum deferri iuſsit & inſidus conuertit Moralis expoſitio Orpheus quaſi aurea & bona eloquē tiæ uox,nam præclara elocutio auream dignitatem a Phœbo & bonam eloquentiæ uocem a Caliope Nimpha ſuſcepit,niſi enim quilibet benedicendi modus a ſapien- tia Appollinis & ſonora Caliopis uoce reſonaret in uti lis prorſus uideretur,cumque hæc duo in oratione coniun cta fuerint, etiam præclarus orator ſiluas commouet quia terreas mētes quibus prauæ infixæ cogitatiōes ſunt ab inſtituto admouet & flumina ſiſtit,quia tabētes curas tanquàm ueram ſcientiam firmāt & reſonante opiniōes ueluti equora ſalientia conquieſcunt, & feras quia ìma nes homines mites reddit, imo cum homines morum ac doctrinæ ignari per inculta & montuoſa loca uagarent a præclaris oratoribos urbes inhabitare coacti ſunt & leges mores ac doctrinam pati uoluerunt.Sapiens tamē quilibet Heuridicem quia naturalem concupiſcentiam diligit & hanc ipſam mortalium quiſque inſequitur & in coniugem diligit,nemo quidem tam continens eſſe po teſt qui uoluptatum ilecebras non inſequatur hanc etiā per ima & in culta loca uagantem Ariſteus paſtor inſe quitur,quia uirtus uoluptatem ac driades quia omnia uitiorum genera inſequitur,quia homines uelut amentes uoluptates ſequuntur ,neque quo pacto pereant prorſus intelligunt.Sicut enim uirtus recte ita uitia a uero ho- minis inſtituto diſtantius abducūtur,ſed nuda et ignara uoluptas quæ per florētes agros & uirentia loca decur rit a ſerpente quia latente fraude occiditur,nam incon-

alteri ſuperponi uiſsit donec mœnia turres ac domos ſtruxiſſet, & homines ſuauiſsimo ſono ad intra mœnia contineret ut proprios atque natales extra urbem lares deſererent & cito Amphionis iura ſubirēt, hæc ideo a poetis tradita ſunt quoniam Amphion cum ingenio ac dicendi exercitatione plurimum exceluiſſet ſaxa aduocauit quia diſtantes ac ingentes lapides adduci iuſsit & tenendo ligari docuit urbem mœnibus circuire et homines rationis expertes legibus continere, quare ciuitas illa thebarum moribus et doctrina in omni Græcia maxime claruit, hac etiam dicendi exercitatione, poſtea omnis Græcia floruit, nam ea quæ primum homines naturæ inſtitutionibus profitebantur, poſtea ſolerti ingenio dicendi rationem tradiderunt, & qua lege exordiri aliquando oporteat, & aliquando inſinuatione uti, quo præterea pacto cæteras orationis partes uelut formatiſsimū corpus componere debeamus, & ſic poetis & oratoribus leges impoſuerunt et artes & diſciplinas ſummo ingenio excolerunt, has prӕterea tanquam perpetuo memorandas tradiderunt ut immitari eos ualeamus, imo ſuperare ſi nobis uel ingenium uel eruditio fuerit, nā Omerus uetuſtiſsimi ac eminentis Ilion res geſtas tanta cū uerborum ac ſentētiarum dignitate deſcripſit, ut quæ uerba & a ueritate diſtantiſsima pariter ſuſceperimus, & Virgilius ut Romanorum genus extolleret, Didonem Sichei pudiciſsimam mulierem Aeneæ ſubmiſit, ut pœnorum originem depræmeret, qui Romanum imperium ſepenumero oppugnauerunt, & Ouidius, deos in feras cōuerſos tradiderunt qui natura & moribus etiam ab hominibus di

ſtantiſsimi ſunt. Quamuis enim materia anins mixti diſponatur ut aliam formam ſuſcipiat in aduentu, tamen poſterioris priori forma corrumpitur, quare figmenta illa falſa sūt niſi noſtras expoſitiones patiantur, Demoſtenes etiam tantum eloquentia ualuit ut Athenienſes qui utile ab honeſto ſegregari nomen uoluerunt, inſontem Heſtionem a ciuitate repulerunt, et Marcus Cicero non modo Romanos ſed etiam poſteros inuerem tanquàm in perniciosum & ſcœleſtem uirum concitauit, quare uel oratoribus difficile putes & maxime ſi natura ſi arsſi dicēdi exercitatio cōiuncta fuerint, neque oratoris uim atque dignitatem omnem efferre poſſumus ſicut mente concipimus, poetæ igitur qui curam maximumque ſtudium ſingulis rebus adhibuerunt nouem muſas diſtinxerunt, quæ in omni dicendi genere ſunt maxime neceſſariæ, has ex memoria & Ioue genitas uolunt quas is nominibus appellāt, Clio Heuterape Melpone Talia Polimnia Erato Terpſicore Vrania Caliope. Ideo Iouis filiæ quia præclarius elocutionis munus eſt a deo maximo optimo, hoc quidē facile perit niſi memoriæ cōmendetur. Muſæ præterea a quærendo dictæ ſunt quoniam per has & iura carminum & uocum modulationes inquirimus, prima ergo Clio quæ græcæ fama interpretatur, ideo ſcientiam quærimus ut immortalem aſſequi gloriam ualeamus, ſecunda Heuterpe quæ bene delectans interprætatur, quia primum ſcientiæ cognitionem diligenter inquiramus, ſecundo quæ inuenta ſunt ſumma uoluptate proſequimur, tertia Melpone quia meditationem faciēs frequens enim meditatio ingenium perficit & inuenta

ppetuæ memoriæ tradūtur, quarta Talia ſcilicet capacitas, neceſſe eſt enim quæ capimus diſtincte ac ſingmlari ordine locētur, quinta Polimnia quia multam memoriā faciens poſtquam enim res cœpimus, neceſſe, ut de hiis frequenter meditemur, ſexta Erato, id eſt ſimilitudinem afferens, rebus enim inuentis quandoque ſimilia & quādoque meliora ad inuentis, ſeptima Terpſicore quia inſtructionem delectans, oportet enim ut diſcernamus & rectum de inuētis iuditium feramus, octaua Vrania eſt cœleſtis, quia diuinitus eligimus quid conueniens et diſcōueniens abicimus, Nona Chaliope quia optima uox clara enim uoce proferimus quæ antea concepimus, harum igitur muſarum talis eſt ordo, primo doctrinam quærimus, ſecūdo efferre quæſita delectamur, tertio de quo delectamur perſeuerare oportet, quarto memorari ꝙ cœpimus, ſexto memoratis ſimile quid agere, ſeptimo de hijs quæ inuenerimus iudicare, octauo ex iudicatis meliora eligere, nono quæ deligerimus bona uoce proferre, has muſas Boetius camenas appellat, quia canentes quoniam iucundiſsimas uocum modulationes efficiunt, & quandoque meretriculas uocat quia ſicut mulieres in ſui amorē uiros aliciunt, quidam tamen lōge magis a ueritate philoſophantes dicunt quòd hæ muſæ ſunt nouem inſtrumēta quibus uox efficiuur, labia duo quæ uocem efferunt, & Dentes anteriores quatuor in quos fit uocis repercuſsio, lingua quæ circunflexione uocem modulat, octauo concauitas Palati ubi uocum fit plurima reflectio, nono gutturis fiſtula per quam uocis materiale defertur. Sed principale uocis factiuum eſt pulmo, quidam per has mu

ſas nouem ſupercœleſtes ſpheras intelligunt quæ ſuis motibus iucundiſſimos ſonos efficiunt,ſed hoc a ueritate alienum iudicamus.cum nullus inde ſonus ſentitur. Muſæ præterea iuxta Caſtalion limpidiſſium fontem habitabant & quandoque ad parnaſi eminentiora cacumina euolabāt aliquādo in umbroſis nemoribus cōtinebantur, ideo muſis ſiluæ & inculta loca,etiam pierides quædam cum cantu ſuperare exiſtimarent, etiam decertare cum hijs uoluerunt, ſed Appollo poſtea quam illas decantantes audiſſet muſas prætulit et Pierides in Garulas picas conuertit, muſis præterea conceſſum eſt ut in fonte Caſtalio exaurire aquas poſſint, quia de occultis omnibus quocunque modo decantare & ad Parnaſi cacumen euolare,quia excelſa et ſupercœleſtia quæque deſcribere, et ſibi nemora ſacra iactantur, quia obſcura nocte & occultis in locis difficillima omnia ſtudioſius inquirimus,cæteri autē indocti qui ſe muſis equare uoluerunt,ab Appolline ueluti Garulæ Picæ fugātur quorū uerba ſine ulla ſententiarum dignitate prodeunt.

De Venere ſupercœleſti. Cap. XXX.

VENVS pnlcritudinis & amoris Dea diffinitur quæ cœli et diei filia fuit,hæc iuuenis pulcra nuda, cuius ſolummodo pudenda roſis tegebantur curru ſemper uehebatur quem candidiſſimi cigni trahebant et aliquando in uaſto pelago natabat et maris ſpuma nutriebatur ì de

dextera manu cõcã marinam ſerbat,aſt ſiniſtra cupidinẽ quem materna pietate fouebat ac nutribat,hic aſpectu puer apparebat et alas eminẽtes hẽbat, arcũ et ſagittã manibus ferebat, ſed ex ſagittis quædã ſunt aureæ q̃dã uero plumbeæ, oculos uelatos habet nequaquam uidet et pedes ſerpentinos, Venus quãuis plures filios habuerit quoſdam tamen ex in mortalibus & quoſdam ex mortalibus parentibus concepit,quia cum Ioue cupidinem et cum Bacho genuit Himeneum, Roſæ Veneri conſecrantur ex quibus holocauſta parantur, Mirtus eſt etiam arbor Veneri deputata quamuis non ſibi ſacrata. Sed Berbena Venus placatur,Columbæ præcæteris auibus Veneri conſecrantur quamuis multe ſibi aues miniſtrent tres gratiæ nudæ coram Venerẽ ſemper aſsiſtunt ſibiq; famulantes miniſtrant,ſcilicet Paſitea Euriale Proſerpina,has alma Venus ex libero patre,quia ex Bacho concepit & pro fraterna neceſsitudine iunctæ ſemper inceedunt,duæ tamen ante Venerem, ſecunda uero a tergo,Venus præterea in domo Martis furias ſuſcepit et ſe illis familiariter iunxit,hæc aũtem tanquam inter nũtiæ Venerem cum Marte iunxerunt & eum a Vulcano ſignificaui et fortibus uinculis quia adamantis cathenis illos firmiter ligauit donec cæteris diis ipſorum conuentum ſignificaſſet, Venus aut cũ grauius iſta tuliſſet,quinq; Phœbi filias forti amore ſuccendit ut præ amore ægre factæ facile perirent,ſolis autem filiæ,heæ ſunt Paſiphe Medea Phedra Ceres & Dircæ,heæ quinque diligentiſsimi Solis filiæ ſunt, Venerem præterea in ciuitate Paphos genitam uolunt,poſtea uero ab omnibus Ci

priis ſumma ueneratione cultam, quare aras templo obſc noſque ludos inſtituerunt, pluraque ſibi nomina tribue- rũt, quia Venerem cithereã Accidaliam Heſperum Luciferum ueſperuginem, præclara etiam quadam poeſi amoris & dilectionis figmẽtum nobis tradiderunt. Saturnus Opis filius cum in patrẽ ſæuiſſet cœlũ, et Saturni et oĩum ſiderũ pater falſo ſũpta Saturni imagine, teſticulos excidit & in mare iecit, ſed falcẽ iuxta Libei promontorium ſiciliæ proiecit, poſtea uero locus ille Drapanus quia falx appellatus eſt, ſed Saturni genitalia in profũdum atque immenſum mare proiecit, ex ſanguine ſicut maris ſpuma, fortiter cõmouẽdo atque ſpumante genita eſt Venus, propterea Græci eam Afrondim uocant quia ſpumam, nam licet ex ſanguine teſticulorum Saturni genita ſit ipſo tamen incalente ac ſpumante augetur atq; nutritur. Moralis expoſitio Veneris generationem et ipſius naturam ac ſuæ cauſalitatis modum confuſe ueteres illi uates tradiderunt, quoniam hæc & ſitu & cognitione apud omnes ſapientes difficilima extiterunt duplicem ergo Venerem exiſtimari oportet, alteram ſupercœleſtem quæ tanquam præclarum ſidus in tertio cœlo locatur & ſemper cum ſole iuncta manet & aliquando ante ſolem apparet, quare Lucifer hæc complexionem fœmineã flegmeticam & nocturnam habet, et aſpectu pulcra atque ridens apparet, nam quales planetæ uirtuales complexiones ac proprietates habent tales actuales rebus infra productis uirtutes ac complexiones tribuunt, nam homines qui Venerem fortunatam ac fœlicem in ſua natiuitate accipiunt pulcri ac iocundi omnibus

ſemper apparent & ea potiſſimum inſequuntur quæ ad pulcritudinem & uoluptatem accedunt, propterea cupi dinem amorem ac uoluptatem a Venere exortos uolūt eſt & alia inferior Venus in qua maxima illius ſuper cœleſtis uirtus apparet, eſt et illa quam Ciprià et hoìes ſoluerunt, multe poſt hanc Veneres fuerunt quæ pulcritu dine facundia moribus etiam ſæpe continentiſſimos ho= mines in ſuos traxere complexus, uiri itaque iſti has præclaras mulieres diis antepoſuerunt, quare nulla nos admiratio tenet ſi plurimo mulierum amore inſanientes Aras, templa, ludos, ſuæ quiſque ueneri inſtruxerunt, quo niam amantium cor eſt dilectiſſime ſibi Veneris templū & aram in dextera cordis parte locarūt quam uario ap paratu exornant, ter thura et alia odorum blandimenta miniſtrant, & multos ludos inſtituunt quia amantes nūc triſti facie intendunt accurrunt atque quieſcunt, nā amā tes facie manibus pedibus ſui amoris uim atque extremū poſſe ſignificant, neque ego breui oratione amoris ratio nem ſuoſque attingere extremos limites poſſum, cum ne= que poetæ neque Comedi neque Tragedi neque ſcriptores cæteri ſuffecerint, nunc autem uerificemus quæ ſuperiori & inferiori Veneri conueniunt, Epicurei qui uoluptates ſumopere proſequuntur Venerem quia bonam rem. Sed ſtoici qui uoluptates negligunt uanam rem illam dicunt, ſed perippatetici, Venus quia ad omnia uenit, nam omni bus rebus eſt inſitus amor ſiue ueluptas quo ſua proſe= quuntur obiecta, quia elementa & mixta omnia in ani= mata naturalem appetitū habent quo mouentur et in ſua obiecta feruntur, ſed mixta perfectiora uiuentia per

animam inſertiuam mouentur et in obiectum cognitum feruntur. Sed Viuentia perfectiſsima ſicut homines poſt electionem obiecta ſequuntur, per hos igitur tres appet tus tria amorũ genera diſtinguimus, quia primus amor eſt naturalis. ſecũdus inſertiuus et tertius intellectiuus. Su percœleſtis ergo Venus eſt cœli filia, imo ſidus quoniã ex cœlo ſuam generationem accepit, ſed matrem ex modo ſuæ mixtionis cognoſcimus, quia materia cœleſtis Vene ris eſt clara atque Diafona, et curru uehitur quia in epi ciclo continetur qui ſuper ſuo deferente rotatur & a cã didiſsimis cignis trahitur, quia deferens ueneris & om nem ipſius cœlum continue iradiatur a Sole, & dextera manu concham marinam fert, quia ipſa fortior facta uir tutem generandi atque creſcendi in hæc inferiora dif- fũdit, ideo in mari natat quia in omnia occulta loca mer gitur & a ſolis caliditate uigorata ſpiritus tamen intu met. Similiter cupidinem fert ut ſui amoris uim ſignifi cet, quia puer apparet qui nouus ſplendor continue geni tis rebus infũditur, uelatis, ocultis, quia Vis ſuperiarum uirtutũ non tanquã unum conſpiciens, ſed ſicut omnia cognoſcens uulnerat atque ſagittat. Sed aureis ſagittis iu uamentum infert & plumbeis nocumenta repellit & ſerpentinis pedibus incedit, quia ſupercœleſtis uirtus amoris fortiter rebus inſeritur. Quòd ſi Venus & Iu piter fœlici auſpitio iungantur quia bono aſpectu uel in bona domo conueniant. Mirabiles in rebus inferiori bus effectus producunt, quòd ſi Marti uel Bacho quia malis iungitur, non multum mali producuntur effectus nam a bonis melior efficitur quam a malis, praua hæc

omnia

omnia præclarus ac eruditiſſimus uates Virgilius nobis ſignificauit, nam cum Aeneas Iouem cum Venere in ſupremo cœlo intueretur, paucis poſt diebus partem regni ab uxore ſuſcepit, cum autem Venus Aeneæ terreſtior apparuiſſet, Dido ſe gladio peremit, cum etiam Mercurius ad occaſum atque infima loca Libiæ a Ioue tranſmiſſus fuerat, ut ſignificaret Aeneæ ſe amicitiã habiturum non tamen longo tempore duraturã, ſed cum Venus tanquàm Virgo apparuiſſet ut ſignificaret quòd quando in uirgine continetur homines mites atque miſericordes facit, ideo cum Aeneas et Dido uenatum iſſent pariter ſpeluncam ignis, ſic mutua beneuolentiæ & amoris ſigna obtulerunt, nam ſpeluncam Dido Dux & Troianus eandem imgreditur, quo in loco ipſorum ſunt nuptiæ cœlebrate, cum autẽ Venus obſcura noctæ apparuiſſet Aneæ ut non bene illas intueretur, cæteri dii ſe Palam oſtenderũt, ut ſignificarent, quòd a Venere abſtinentes dij etiam obſcura noctæ clare intuentur, uel cum alter planetarum occumbit uel infortunatur cæteri apparent & fortunantur, propterea cum Aeneas a Troia longius abire inſtituiſſet donec ad laurentum agrum pertingiſſet ſemper maturum ſidus intuebatur, quia matre Dea Monſtrãte uiam in Italiam peruenit et regnum prope urbem firmauit antequã Venus retrograda fieret, Scire propterea oportet quòd planetæ frequenter maſculinam ac uirilem naturam aſſumunt, ſicut pulchre teſtatur Virgilius, hac dicente dea, quia Venus & maſculini planetæ aliquando efeminantur, hæc tamen apud Aſtrologos clarius inquirantur. Quòd autem Venus in domo Martis furias,

ſuſceperit, ideo fictum, quia cum Venus in arietē uel ſcorpionē peruenerit quæ ſunt loca & domus Martis tunc animata & inanimata magis ad coitum furentia apparent, nam quando ingreditur orietem ſicut teſtatur Virgilius in furias ignesque ruunt, nam eo tempore ieiunia & reliqui continentiſſimi uiuendi modi ab eccleſia catholica inſtituuntur & maxime ſi cum Sole iuncta fuerit qa circa mediū Martii Chriſtiani quadrageſimales dies celebrant. Sin autem Venus has furias in Scorpione ſuſceperit ſignificatur deteſtabilem ac uenoſam uitam quam amantes profitentur, quos enim Venus mordit aut pungit hii pernitioſo ueneno necantur, ut nulla farmacia pro redimenda ualetudine ſufficiat, Aries ergo omnia propagantia concitat ad coitum. Quòd ſi ſol in Scorpione continetur coeuntes diſponuntur ad mortem quòd autem Venus cum Marte coierit, ideo fictū quia ſi mars Veneri coniungitur magis furentes homines ad coitum facit, & quia Sol nunquàm a Venere ſuperatur ideo uis huius coniunctionis a Sole manifeſte magis ſignificatur, quoniam illorum furorem adauget. quòd autē Venus Solis filias nimio amore exarſerit, quia omnes ſenſus exteriores ad uoluptates & maxime Venereas procliues facit, nam primo Paſiphe quia in omnibus apparēs ut Niſus, hic enim quæ ponuntur in medio contemplatur, ſecunda media. i. nulla uiſio quia ſonus incorporeus a nemine uidetur, per hunc auditum intelligimus tertia certe. i. manuū iuditium quæ pro tactu accipitur, quarta fedra quaſi ſuauitatem afferens quæ odoratum ſignificant, quinta uerte quæ acræ iudicans interpretatur

ſicut guſtus qui ſapores diſtinguit. Venus ergo Marti coniuncta omnes incerto amore ſuccendit, nunc ad expoſitionem inferioris Veneris deſendamus.

De terreſtri Venere. Cap. XXXI.

PHILOSOPHANTES primi neque dei neque ſupercœleſtium uires nouerant ante mundi conſtitutionem, omnia elementa confuſa & ſibi inuicem conmixta arbitrabantur, quæ cum de uolũtate dei ſepararẽtur ex parte craſſiori genita eſt terra, ex ſubtiliori aqua, et ex ſubtiliori magis aer, et ex ſubtiliſſima ignis & cœli omnes. Sed an cauſãtis primi an alterius eſſet iſta uolũtas pœnitus ignorabant, cum ergo cœli a ſuprema uolũtate ad motum compelluntur ſuo lumine ſuo influxu ac motu in hæc inferiora agũt, et ſua uirtute diſponunt ut ſimplitia elementa & mixta omnia generantur & corrumpũtur. Ab uniuerſali ergo agẽte oĩa particularia agentia in ſuos particulares effectus et fines deducuntur, per uirtutem primæ cauſæ quæ eſſentiali quodam ordine in cæteris cauſis multiplicatur, quare fit generatio ſiue corruptio, cœlum ergo quòd eſt Saturni & omniũ ſiderũ præter motum, efficit ex cœli motu ut tempus generatur, quia Peripateticorum ſñia, Tempus eſt menſura motus ſecũdum prius & poſterius. Per Saturnum cœli filium, quia tempus intelligimus hoc quidem generationis & corruptionis eſt cauſa, ut Ariſtotiles in phiſi-

cis manifeſte demonſtrat, ab hoc Saturno genitalia falce a patre ſunt exciſa, quoniam a cœlo arcuoſo & obli co in modum falcis ſecundum temporum diſpoſitiones uirtus exciditur et in hæc inferiora multiplicatur quæ ſeminibus ſiue ſpermatibus commixta potentiam ac uir tutem particularis agentis perficit & uigorat, ut indifferenter ſimplitia elementa & mixta omnia generētur. Ideo philoſophātes omnes uirtutem conformatiuam de foris adueneintem exiſtimabant, quæ uirtus in mari proicitur quia uaſto ac magno loco ſuſcipitur, nam uegetabilium omnium primum in cœlo uirtus eſt genita, poſtea per elementa media multiplicatur & poſtremo in ſeminibus ſuſcipitur, hoc tamen in particularem mo dum generationis hominis referemus, ſperma quod ab homine exciditur in mare iacitur, quia in matrice ubi magna humorum ſalſorum quantitas continetur & illis imergitur ſicut in noſtris naturalibus diffiniuimus, hæc natura ſeminalis primis diebus incrementum accipit poſtea uero alios digeſtionis modos ſuſcipit donec formetur fœtus, deinde uiuificetur, & tandem ad exitum diſponatur. Quòd autem iuxta promontorium falx ceciderit, quia loca illa plurimum ſunt fertilia, etiā quia pro montorium illud falcis habet ſimilitudinem, ſed maris locum ubi genitalia exciderint nemo determinat, quia in omni mari illorum genitalium uirtus ſuſcipitur, & calore & commotione ſecundum materiæ diſpoſitionem ſpumat & fœtus generatur. Quòd autem Paphos in ue tuſtiſſima ciuitate Cipri Venus genita ſit, quia homines illius loci coitui & omni uoluptati plurimum intende-

bant, multi enim pro loci diſpoſitione ac ipſius conſuetu- dine procreandi ſtudio operam dant, neque ullum uolu- ptatis genus omittunt ut ad coitum ſufficiant. Ideo in *inſula Cipri etiam plures ſunt procreate Veneres, pri- mum ergo Venus nuda apparet quia Venerem imitantes ab omni uirtute nudantur, frequinter etiam hæc crimina detegũtur, quia nil occultum quod nõ reueletur, uel quia nudi huic uoluptati homines occurrunt, uel ſaltem geni talia in coitu nudantur, ideo pulcra & iuuenis quia has mulieres facilius inſequimur, imo uiri ſe iuuenes & pulcros faciunt ut mulieribus gratiores ſint.* Ideo *roſæ Veneri ſacrantur quia pulcer & delectabilis flos ſpinas tamen pungentes habet, nam ſiue albæ ſiue rubeæ coeun tibus ſimilantur, qui palere pre timore nunc rubere pro uerecundia coguntur, & aculeo ac peccatis ſtimulo pun guntur. Sed mirtus quia in maximis littoribus genera- tur & linimentum quo corpus inungitur odorem præ ſtat, ideo Veneris arbor dicitur. Præterea & in longi- tudine capillorum addit & pulcritudine, prauis etiam mulierum egritudinibus confert, ideo a Berbena placa- tur Venus, quia ueteres omnes Berbenam ſacrauerant cũ multa nocumenta prohibeat quæ a coitu proueniunt ui ſum enim confortat qui plurimum leditur ex coitu, ideo columbæ ſibi ſacrantur quia ſunt aues plurimi coitus, uſus etiam earum ad coitum iuuat, quod autem tres gratiæ nude Veneri ſemper aſiſtant, quia gratiæ ſine ullo tegmento eſſe debent, & forti neceſſitudine com- plecti, ex libero patre & Venere naſcuntur, qui a com meſſationibus & præſertim ex modo gratiæ conferunt*

tur,prima Paſitea quia attrahens.ſecunda heriale quia demulcẽs tertia heuphroſine,quia retinens primũ ergo ignotos alicimus.ſecũdo electos blanditiis demulcemus, tertio quos blanditiis demulcemus retinere curamus ,ex Venere etiam & Bacho natus eſt Himeneus quem nuptiarum deum præfecerunt,quia nuptiæ Venere atque Bacho complentur,nos tamen illorum ſigmentis aliquid addemus,nam ex Venere , tria amorum genera exorta ſunt ex tribus tamen parentibus,quia Venus ex Ioue honeſtum amorem genuit ex Marte utilẽ,ex Bacho delectabilẽ,octauo æthicorum Ariſtotiles clare diſtinguit,primam ſtabilem ac perpetuam facit cæteras lapſas atq; caducas,dextera manu conchã marmoream fert,quia animal illud plurimo ſpermate ſiue ſemine habundat,dextera manu Veneris poſſe ſignificatur.Siniſtra cupidinem filium continet quem materna pietate fouet ac nutrit,Cupido enim eſt mentis quedam paßio a ſuper cœſtibus influentiis impræſſa et rebus creatis inſita ut cognitione carentia de neceßitate in ſua ferantur obiecta si prohibens abfuerit quo etiam impulſu leuia ſurſum et grauia deorſum mouentur & mixta inanimata in ſuos fines diriguntur & animalia bruta generationem intendunt filios enutriunt & ſumopere ſuas artes curant nulla diligentia prætermiſſa.Sed homines quãuis hos influxus a ſupercœleſtibus ſuſceperint uirtutem intellectiuam habent,quæ tanquàm diuina ſuper hijs influxibus imperium habet,quia ſapiens etiam mouentia ſidera cogit & multa euitare mala poteſt quæ ſecundum ſtellas futura ſunt , imo ſicut clare teſtatur Ptholeme-

us. Sapiens Aſtrologus iuuabit uirtutes ſtellarum ſicut ſeminator uirtutes nanurales, qui uero aſtrorum eruditionem ignorat ſapientia & prudentia hos ſiderum conatus regit, qui & ſi fortes ſint repellere quiſque ſuos poteſt, poetæ licet harum rerum parum nouiſſent tamen cum homines ad coitum furentes animaduerterent ex Venere et Marte genitos uoluerunt. Si uero commeſſationibus intendebant ex Bacho libero patre ſi uero mites ac modeſti magis ex Ioue genitos. similiter dii quia uiri boni ſupercœleſtia deſerunt & formas aſſumunt ut aliquando boues & aliquando uacæ fiant & ſecundum mores & deteſtandam uitam in animalia ſuis moribus conſimilia ſe conuertant, propterea quidam minus philoſophantes uoluerunt quòd animæ cũ à corporibus ſepararentur brutorum corpora ingrederentur in quibuſdam aliquandiu perſiſterent donec ad primas ſtellas redirent, Sed ne longius ab inſtituto abeamus homines ad mores uanos diſponuntur, & quãdoq; tãta eſt uirtus cœli & maximorum ac potentium ſiderum ut nõ modo homines coinquinent, ſed cogant, & quia omnes ad uoluptates procliues magis ſunt, ideo poetæ ſimiliter oratores hæc magis animaduerterunt & literis ſacris perpetuis tradiderunt, Cupido ergo puer apud, quia Venerem & cætera inſequentes uitia ſunt incontinentes ut pueri. Omnes præterea pueri ſunt qui uirtutibus parũ intendunt, & alas ferunt quia mobiles huc illuc ſine ratione ducuntur & uariis cogitationibus affliguntur & ex una in aliam euolant, Cupido etiam arcum & ſagittas fert quia plurimum beniuolentiæ & amoris blandi-

menta iacit quibus etiam prouiſos homines uulnerat. Sæpenumero homines & continentiam & uirtutes maximas profiteri ſtudent, tamen ſolo mulieris iutuitu et auditu & inceſſu capiuntur, & per ſagittas aureas amãtium corda fortius uulnerantur et plerumque odium pariunt ut amantes imo amentes fortius paciantur. Oculos uelatos fert, nam quo amantes pergant prorſus ignorant & ſerpentinos pedes atque uncoſos habent, præterea cupido tantũ incendit & quos rapit firmiter tenet, hæc omnia præclarus ille uates Dantes ſignificauit cum nauis tormentis prope inferni lares amantes punierit, nã franciſchina Rauenates ex nobiliſsima familia de polẽta nunquam a cognato ſe abiturã putat et perpetuo tormentis affligi, nunc reſta ut figmenta quædam poetarũ uerbficemus. Sed quia multa nobis tradiderunt quæ a ueritate aliena prorſus exiſtunt, ideo moralitatem potius quam figmentum referemus, & primo de columbis, Venus & cupido cum ex uirenti agro flores colligerent in contemptionem uenerunt qui plures colligeret, nam cupido aliarũ ſuffragio fretus ſe multo plures collecturum ſperabat, Sed periſtera, nimpha Venerem iuuit et pariter cum ea flores collegit, Cupido grauius ferẽs illam in columbã uertit. Sed Venus illius miſerta columbas ſibi ſacrauit, periſtera uirgo cum Veneri adhæſerit & coitu, quia pluribus hominibus ſuccumberet in columbã uerſa eſt, quia eſt animal coitiuum, nũc uni nũc alteri adhærens, ideo periſtera ſiue columba Veneri merito ſacratur, etiam Piteum nuptiarum deum præfecerunt quia hic formoſus adoleſcẽs ſe habitu fœmineo mu

lieribus

lieribus Athenienſibus commiſcebat quæ prope litus cum uirginibus ſacra celebrarẽt a Piratis ui ſurrepti fuerũt qui cum longius abiſſent & ab incolis inſequerẽtur puellas deſeruerunt, quare Himeneus ex infimà Athenienſium familia ortus ad urbẽ reuerſus a principibus rei publice promeruit ut quam uellet uxorem haberet ſi ꝑditas puellas recuperaret, quas cum parentibus reddidiſſet ſibi cõcupitam uxorem accepit, & fœlici auſpitio nuptiarum deus eſt habitus quem ſemper nuptijs aduocabãt et ſibi ſacrã parabãt. Circes Colchis filia ex colchis Grætiæ uetuſtiſſima inſula in Italiam prope Gaietam tranſfretauit, & iuxta montem quem Circeum uocant inhabitauit in quo Leonum & aliarum ferarum hoc etiã tempore mugitus audiuntur, ſed Vlixes cum poſt exuſtũ Illion tanquàm hoſpes in eum locum conueniſſet, per annum ſe continuit, ubi omnes Vlixis ſocii inferas conuerſi ſunt nã Circes quia pulcra & maleficas artes nouerat omnibus hominibus brutorum formas tribuebat. Sed Vlixes, quia diuiunũ aliquid a Mercurio acceperat neque ſe a ſola humanitate mutauit, imo ſocios inferas cõuerſos ad priorem humanitatem reſtituit, Circes admirabilis pulcritudinis Solis filia dicebatur, ſed cum pro Græcorum conſuetudine maleficas nouiſſet artes, homines inferas permutabat cum ab humanis moribus ſeduceret & brutorum uitam agerẽt. Sed Vlixes ab ea prolem ſuſcepit quamuis ipſius uirtus nulla ex parte labefacta fuiſſet, imo cum ab ea abiturus eſſet ſocios in primam humanitatem conuertit & ad labores concitauit ut maris pericula & maxima quæque diſcrimina aude-

rent, quare Vlixes Diomedes et Fortiores uiri naues cõ
ſcenderunt ut orbem circuirent & quæcunque in mun-
do ardua perſcrutarentur. Sed poſt longam peregrina-
tionem perierunt. Sila Focri et Euridicis Nimphæ filia
fuit hæc cum Aſaucus ex Antidone ciuitate diligeret et
Circæ Solis filiæ admirabilis pulcritudinis præferet,
Circæ grauius ferens lauacrum in quo Sila lauare con-
ſueuerat uenenis infecit, in quod Sila ingrediens a maxi
mis canibus abſorta eſt, & tanquam furens in mare ſe
iecit & in marinũ monſtrũ conuerſa eſt in quod duode-
cim pedes habet & capita ſex & ora ingentia & con
tinue ut canes ululantia, & ſicut Delphines & Balenæ
mugientia; propterea hoc figmentum exortum eſt, nam
prope litus Calabrũ ex aduerſo Siciliæ erat mulier ad
mirabilis pulcritudinis quæ homines diuinis moribus
priuabat. Et illos marinos deos faciebat, quia plurimi
naufragio perierunt & tanquam incolæ ſe in ea mari
tima loca coferebant, hanc igitur Silam conuerſam exi
ſtimabant, quia illa non minus periculum amãtibus quã
Sila naufragiũ nautis inferebat, præterea Sila, ideo for
ci dicta eſt filia quia in eum locum cum forti Sardiniæ
Regis filio ſubmerſa eſt, quod autem Glaucus illam di-
lexerit et ſuo amore illam Circæ præfecerit, quia Glau
cus idem quod terror aßiduus quem homines ex nauiga
tione percipiunt, Circeus mõs propter maris impulſum
ſonitum facit & ſpumis habundat & nautis terrorem
inducit. Sed multo maiores ſonos ſpumas et pericula Si
la facit, quare Glaucus illam magis dilexit, nã ſibi ſunt
ſcopuli qui aquis aliquando teguntur & aliquando di-

ſcoperti ſeruantur & cum defluxerunt aquæ ſicut capi ta eminēt & uoraginem habent in quibus mare ingre diens ſonitum facit diuerſimode tamen ſecundum quòd a uentis aquæ cumpelluntur, propterea multi in eo lo co pereunt horum nautum & aliorum diſcriminū cau ſas in noſtra coſmographia ſufficienter moſtrauimus. Sed mortalis horū figmētorū expoſitio, per Silam quæ idem ſonat quòd confuſio meretrices intelligimus, per Glaucum luſcum ſiue male uidentem, quia luxurioſi ra tionis lumine carent. Hic Antedonis filius fuit, quia con trarium uidens interpretatur, non enim quæ uidenda ſunt recte inſpiciunt; per Circem manuum operationem intelligimus quam meretrices abhorrent & Glaucus ne gligit, ideo Glaucus quia laſcius & ignarus homo Si lam diligit, quia libidini & uoluptatibus intendit quæ tanquam monſtrum homines a ſolita ſibi humanitate conuertunt, & feras faciunt, quæ omnia deuorant, ſicut Sila in qua homines & mane frequenter pereunt, nam prodiga non ſentit parentem fœminam cenſum. Mulie res ergo ſuos labores negligūt et ſe otio conferūt facile pereunt, Lucretia omnium matronarum romanarum di dignitatem ac gloriam promeruit, quia cum ancillis lani ficio intendebat. Mulieres itaque animum laborioſis ar tibus a uoluptate diuertunt ne propter Glauci fallacias aut Antedonis parentis ignauiam inſcie molieres pereāt falantur, ideo Vlixes ſimi e piculū transfretauit & in columis euaſit & Polifemum cecauit, quia libido sapiē tem non ſuperat & caſtiſſimam Penelopem uxorem ſer uat, quia omnis ſapientia pudicitiā ſeruare conatur, quòd

a ſenſibus illicebris foueantur. Sirenæ iſtæ Maria inhabitant ubi tanquam immanes furiæ naufragia faciunt. Quòd autem Paſiphæ Minotaurum genuerit, ideo fictum quia Minos cũ a ciuitate Athenarũ maximo exercitu abiiſſet, uxor cum Tauro regis notario in domo Dedali conuenit, quæ cum geminos filios peperiſſet alterum Minotaurum appellabat, quia partim a Minoe & partim a Tauro genitus erat. Sed Dedalus cum in carceribus contineretur cuſtodibus præcio ſiue precibus corruptis euaſit, ſed filius Dedali cum patre fugiens maris diſcrimina ignorauit, quare celeri nauigatione cum claſſe ſubmerſus periit, ſed Dedalus cumas peruenit ubi turpiter periit, per hoc ſignificare uoluimus quòd mulieres abducunt, imo ſi uerbis fallant turpiter pereũt, quia non eſt ſapientis mulierem fallere, quòd ſi fallant graui ſupplitio plectuntur.

De ſole. Cap. XXXII.

APPOLLO Phœbus & Sol in medio planetarum locatur, ut ſuperiorũ ſcilicet Saturni & Martis malignitatem & diminutum inferiorum poſſe uidelicet Veneris Mercurii et Lunæ multiplicaret, ueruntamen quia nemo pro Solis præſtantia & dignitate iure ſibi comparatur. Ideo poetæ non tot figmenta de cœlo & de cæteris tradiderunt, hũc ergo Iouis primogenitum uoluerũt, et quidam iperionis filium ſed matris nomen omittunt

tanquam ex patre ſine matre genitus ſit. Cum autem uates illi ſe ad inferiores homines conuerterent, Appollinē & Vulcani et Mineruæ filium tradiderunt, et primum medicinam & herbarum uires inueniſſe et Aeſculapium eo tempore præclariſſimum filium genuiſſe, quidam Solem uoluerunt fuiſſe filium Oceani, nam cū is multa uirtute claruiſſet & claſſe ad ignotos illos homines perueniſſet Solem Oceani filium tradiderunt, hij et multo plures numero mortales Soles fuerunt qui ex mortalibus geniti ſunt. Sed quia præclari homines ex tenui quādoque familia et infimo loco atque ignotis parentibus originem acceperunt, ideo uates illi aliquando parentū nomina exprimunt et aliquando per ignota figmenta circuunt atque demonſtrant, ſupercœleſtis ergo Sol quauis deorum atque hominum ſit pater ut tradit Homerus, tamen ipſe patrem habet licet matre careat, hic aſpectu puer & inberbis apparet ſed intonſus nam capillos longos æquales et ſplendentes habet, at quandoque aureos et aliquando palentes, dextera manu fert arcum et ſagittas & ſiniſtra Citherā. Supra caput uero auratam tripodam quæ Phitonis ſerpentis corio tegitur ſub pedibus monſtrum continet quod habet tria capita, Caninū, Vulpinum, et Leoninum, ſed huius monſtri corpus et caudæ erant ſerpentina, præterea curru uehebatur quatuor rotarum et à quatuor æquis trahebatur, primus Eritheus quia rubeus ſecundus Atheon quia ſplendens, tertius Lapos quia lucēs, quartus Philogeus quia terrā illuminās. Sed ueteres quidam Philoſophantes Solem tanquam ſummum regem coronam ferre arbitrabantur, quam duode

cim lapidibus exornauerant, qui colore, uirtute, ac ſpecie ſunt plurimum differentes. Laurus eſt etiam arbor ſacrata Phœbo, nã Daphnes puella Penei filia cum phœbum inſequentem aufugeret in Laurum cõuerſa eſt, quia ſibi Phœbus ſacrauit et huic arbori coruum tanquã cuſtodem præfecerunt. Sed canentem atque album cignum Phœbo ſacrarunt. Sub hac lauro nouem cantãtes muſas poſuerunt, et Phitonem a Phœbo aliquantum diſtantem locauerunt quem aureis argenteiſque ſagittis necauerat. quidam præterea uoluerunt quod cum phœbus Iouem contra Gigantes et Titanos pugnantem iuuiſſet a Ioue coronam currum et aulam promeruit, quod præterea monſtrum ſub pedibus contineret. Multa præter hæc inſignia quæ ad principes ſpectare uidentur. Sol præterea pro dignitate præſtantia ſibi nomina promeruit primũ ſol, princeps, Dux, mens mũdi, cor cœli, Phœbus, Appollo Licius et pro cæteris effectibus nomina promeruit. Moralis expoſitio, quãuis planetæ et ſidera omnia præclaros ac nobiles in iſtis inferioribus effectus producant nullus tamen manifeſte magis quam Sol qui cæteros magnitudine lumine ac inſita uirtute & ordinatiſſimo motu planetas & ſidera omnia illuminantur et perficiuntur ſuperat, cuius ſi efficientem cauſam inquirimus a Ioue quia a Deo maximo optimo genitum ſiue catum dicimus uel ab Hiperione qui rebus omnibus ſupſtat, nam ſupremum cœlum eſt dei ſedes ubi ſingula diſponit ac regit, Ideo philoſophantes qui ultra elementa factiuas cauſas oppinabantur, Solem tanquam diuinum numen a quo ſingula fierent exiſtimabant, uerũtamen cum lon

gius animaduerterent, etiam Solis a quo fuiſſe princi-
pium et cauſam quam Iouem appellant,et alii confuſe
magis Hiperionē cauſæ igitur ſemper prime nomen tri
buerūnt et Hiperion illam uocant,quòd idem ſonat quod
ſupra omnia,quia ſicut teſtatur propheta ſuperexcelſus
deus omnia cœli ſidera uariauit et eis nomina dedit quaſi
omnibus eſſe certam naturam et perpetua circuitione
legē impoſuiſſet,neq; Peripatetici neq; Stoici ultera ſtel
liferum cœlum ſuas cogitationes extulerunt ubi uniuer
ſaliſsimam quandam cauſam arbitrabantur cui perpe
tue uolubilitatis uis ineſſet non tamen infinitū poſſe ha-
beret neque uoluntatem, ſed naturæ quadam neceſsitate
omnia regeret atque diſponeret quorum tamen ſentētiā
illorum dignitate poſtpoſita impugnabimus. Sed alij qui
dam philoſophantes materiale Solis et aliorum princi-
pium ſiderum animaduertunt,ideo cœlum tam Solis quā
aliorum ſiderum principium faciunt ſiue parentem quia
planetæ et ſidera omnia ſunt denſiores ſui orbis partes
ut plus luminis et uirtutis ſuſcipiant et in hæc inferiora
multiplicent atque diffundant,propterea philoſophantes
illi planetas omnes cœli et diei filios arbitrabantur tam
quam illorum ſiderum materiam et ſue exiſtentiæ mo-
dum ſignificarent,quia Sol et ſidera omnia ex cœli ma
teria puriori et uirtuoſa magis generantur,tamen in co
lore et uirtute differunt propter fines quos intendunt,
ideo quædam plurimi lumine ac uirtute participant et a-
lia pauciori. Sol ergo planetas et cætera aſtra magnitu
dine lumine ac inſita ſibi uirtute ſupat et motus ipſius
eſt maxime ordinarius non enim ſuper aliquo epiciclo
rotatur

rotatur ſed ſub ecliptica ſempar mouetur,& ſui motus continuum ordinem ſeruat,quare non fit ſtationarius tardus motu, uelox ſicut Luna neque directus ſiue retrogradus ut cæteri Planetæ,imo tempora omnia per ſolis motum diſtinctionem ac denominationem accipiunt, quare horæ et ipſarum partes dies et partes eorũ ſeptimanæ, menſes ãnus et luſtra per ſolis motum diſtinguũtur. Supercœleſtis ergo ſol eſt hominum & corruptibilium pater quia omnia quæ in elementis apparent cohoperante ſolari caliditate lumine ac uirtute procreantur,etiam deorum eſt pater,quia cœlum & ſidera omnia illuminantur & perficiuntur a Sole, imo ſecundum luminis ſuſceptionem ab eo ſupercœleſtia omnia uariis ordinibus diſponuntur, puer & inberbis apparet quia ſingulo die naſcẽdo puer et nouus apparet, quòd autem capillos longos & equales habet quoniam radii ab eo multiplicantur qui athomorum cõtinuatione ſicut capilli apparent quæ ſecundum medij diuerſitatem in colore diuerſificantur. Sol ergo nunc palere nũc rubere uidetur,ſimiliter et radij ſed horum alius inquiſitionis eſt locus, quòd autẽ arcũ & ſagittas dextera fert,quia continẽtiæ ſolis uirtus ad inferiora tranſmittitur,per dexterã poſſe Solis ſignificatur,ſed ſiniſtra citheram tenet ut ſignificetur armonia conueniens atque proportio quæ ſibi debetur,neque motus illi aliter à motore proueniunt quam uocum armonia à proferente,preterea per Solis motum quatuor anni tempora diſtinguuntur, ideo illum currũ quatuor rotarum duci & a quatuor æquis trahi uoluerunt,& ut multorum figmentorum rationes inquiramus

quædam aſtrologica breuiter præferemus. Sol et omnes planetæ ab oriente in occidens circunducuntur a primo mobili ſpatio horarum uiginti quatuor, cæteros etiam inferiores cœlos pariter circunducit. Sed præter hunc modum planeta quilibet & octauum cœlum quia ſtellarum fixarum ab occidente in oriẽs proprio motu circunducit & ſic Luna uiginti ſeptem diebus cum dimidio proprium motum complet. Mercurius in anno & Venus ſimiliter. Sol uero trecentis ſexagintaquinq; diebus & horis ſex quæ horarum excreſcentia quatuor annis diem addit, quare biſextilis annus cauſatur, ſed Mars duobus annis cum dimidio circuitionem perficit ſuam, Iupiter duodecim, Saturnus triginta, & ſidereum cœlum triginta ſex milibus annorum, quam reuolutionem Plato magnũ annũ appellauit & in principio cuiuſque circunuolutionis omnia inferiora conſimiles diſpoſitiones accipiunt propter ſimilitudinẽ ſuarũ cauſarum, & quia octauum cœlum eſt per duodecim ſigna diuiſum ſub quibus ſol ſemper incedit, ideo Solis coronam ijs duodecim ſignis tanquàm duodecim precioſis lapidibus exornauerunt. ſignum autem quodlibet eſt per triginta gradus diuiſum, & quolibet die ferè gradum unum pertranſit & inmenſe ſignum unum. Hæc præterea ſigna ſunt loca in quibus planetæ dignificantur, & quãdoque ab eorum dignitatibus excidunt. per Solis motum, a principio Arietis uſque in finẽ geminorum cauſatur Ver quod eſt tempus temperatum & uiuentibus omnibus ſumme conueniens, a principio Tauri ad finem uirginis cauſatur æſtas, quo tempore omnia calent, &

fructus omnes ſuæ digeſtionis complementum accipiunt & a principio Libræ uſque ad finem ſagittarii res a calore deficiunt, quare folia & fructus ex arboribus excidunt & eo tempore corpora frequenter ad egritudines & mortem diſponuntur, quia tempus autumnale eſt maxime pernitioſum, & a Capricorno uſque in finem Piſcium hiems cauſatur, quo tempore, quia Sol diſtantiſſimus frigus cātur, cuius exceſſu omnia pereunt. Similiter Sol cum ab oriente in occidens rotatur, quotuor calores & quatuor colores manifeſte uidetur habere, ideo quatuor ſunt æqui ſolem trahentes quia in prima diei quadra trahit Eritheus quia rubēs, nam interpoſiti uapores ſolem rubere faciunt, poſtea uero quam ſubtiliati & reſoluti fuerint, tunc Sol ſplendere uidetur, ideo ab Atheone ducitur in tertia diei quadra quia uapores conſumpti & reſoluti ſunt, ideo lampos quia lucens Solē ducit, in quarta quadra ducit eū Philogeus, quia Sol ad occaſum tendit terram diligit. Sunt & alii quatuor æqui Solem ducētes qui per luminares quadras eum ducunt donec cum Luna iungatur, quia ſi Sol & Luna in aliquo gradu iuncti fuerint coniunctionem dicimus cum dimidio, iterum coniunguntur diſtanter tamē a prima coniunctione per gradus quaſi triginta. Omnis autē quadra in ſeptem diebus & horis tribus completur. Sūt et alii per anni quadras ducētes quia primus per arietē Taurum & geminos. Secundus per Cancrū Leonem & Virginē. Tertius per Libram ſcorpionem & Sagittarium. Quartus per Capricornum Aquariū et Piſces & hac reuolutione ſolaris annus completur, motus ergo

Solis eſt omnium aliorum motuū ratio atque menſura Monſtrum quod ſub pedibus continetur eſt regio elementaris inferior quæ tria habet magna capita et corpus in quo iſta fundantur, quia caput Leoninum, et quia forte igni comparatur, Vulpinum quia omnia penetrat ſicut Aer qui aliquando ad ſuperiora & aliquando ad inferiora deſcendit, caninum, quia continue latrat, ſicut aquæ, nam fluctuantes ſonum ſemper faciunt, corpus ſerpentinum, quia aſperum & inequale terræ ſimilatur. cuius una pars eminet altera uero deprimitur & cauda omnia circuit, nam quæ ſub terra continentur uelut ſerpentia incedunt, tria ergo ſuperiora elementa ut eminentiora capita ſupra tria fundit & pars terræ inferior quæ caudæ ſimilatur omnia circuit ac ſerpit, quòd autem Laurus conſacratur Appollini, quia Lauri ſunt præmia digna poetis & Imperatoribus atque cæteris qui pro ſuarum uirtutum excellentia floruerūt & præclarum aliquid promeruerūt, hanc Laurū & Phœbus et omnes qui ſub eius imperio continentur omni diligentia ſtudio ac diſcrimine inſequuntur, quia Sol Aſtrologorum auctoritate ſignificat parentes & regna. Item lumen atque ſplendorem mentis ſiue corporis & cuiuſque diſciplinæ artiſque dignitatem & ſubtilitatem. Quòd autem coruum huic arbori tanquam cuſtodem præfecerint quia dignitas & ars quælibet caute ac diligēter ſeruatur, quod uero cantantes muſæ ſub Lauro cōtinentur, quia omnes Philoſophiæ partes iis exornantur muſis quæ nos laurea corona dignos faciunt, ſed albus & canorus Cignus Phœbo ſacratur quia hominē maxima uirtu-

te eruditiõe ac ſapientia ſplẽdẽtẽ facit ut honor & ſa-pientum uera gloria tandem ad ſidera feratur. Nunc autem inquiramus ſuorum nominum ueras rationes, pri-mũ Sol quia ſolus precæteris ſplendorem fert, imo cum Sol apparet omnia ſidera obſcura uidentur et ſuo ſplẽ-dore ſiue aureo ſiue palente Phitonem ſuperauit, quia omnem aeris caliginem reſoluit atque fugauit. Et quia ſupra rebus omnibus creatis imperium habet, ideo au-lam quia loci amplitudinem currum & coronam pro-meruit, princeps quia omnibus imperat, dux quia omnia ſolis actione in ſuos ſimiles diriguntur, mens mundi quia omnibus rebus ſicut anima calorem & uirtutem tribuit, cor cœli quia in medio planetarum continetur ſi-cut in medio membrorum omnium cor, Phœbus a nitore nam pre ſe nitorem fert, & cæteris tribuit. Licius Ap-pollo a Licio templo maximo apud Delos uel Licius quia Lupus, nam omnem uaporem deuorat atque diſci-pat ſicut Lupus Oues ſpargit & diſcipat, ideo auream Tripodem ſupra cuput fert corio Phitonis ſerpentis ue-latam, ea ratione hoc fictum arbitror quia in eius tem-plo erat antrum, uel Appollo uelatã quia dubia reſpon-ſa dabat quæ in contrarios ſenſus facile trahebantur corio uelatã quia maxima prudentia efferebantur uel quia cum homines dei animæ & creaturarum perfectã notitiam accepiſſent & maxima prudentia iſta nouiſſẽt aurea tripoda tegebantur, quia ipſorum tempora Lau-ro coronabantur, nã ſic ſancti Diademate, ita Tripodẽ auream Appollo ferebat tribus angulis diuiſam quod autem diuinationis illum deum facerent quia ſol obſcu-

ra omnia manifeſtat etiam quia reſponſa in ueriorem ſententiam ferebant, Seniores etiam quidam uates opinabantur, Zonas & Horas ſolis et chronis fuiſſe filias q̃ recte fictum arbitramur, nam chronos, idem quod tempus ex temporali Solis motu horæ dies & cætere temporum diuiſiones cauſantur quod autem etates ex antro æternitatis effluxerunt & ſub Iouis pedibus contineantur, Ideo fictum quoniam ante temporum conſtitutiones erat æternitas quæ dei & intelligentiarum eſt ratio atque menſura, non ex tempore enim menſuram ac diuiſionem accipiunt ſicut res quæ ex tempore generantur, ideo coruptibilia & res omnes temporales ſub Iouis pedibus continentur. Sed perpetua & æterna omnia cum Ioue pariter incedunt & menſurantur, horum tamen in ſecundo libro rationẽ ſtudioſius inquiremus, quia poetarum ſententiæ a profunda diuinarum rerum cognitione diſtantiſſime fuerunt, præterea Zonas ingentes ac maximas ſub Iouis pedibus contineri uoluerunt quia omnis terra in quinque partes diuiditur duæ quæ ſub pedibus poli mundi a Sole diſtantiſſime non poſſunt ab hominibus cohabitari, quæ uero inter duos tropicos continetur propter caloris exceſſum eſt inhabitabilis. Sed Zona quæ inter paralelum Antarticum et hiemalem tropicum continetur eſt aquis tota ferẽ ſubmerſa, ſed quæ inter paralelum articum & tropicum æſtiualem continetur eſt habitabilis & per ſeptem climata diuerſa ſicut in coſmographia clare mõbſtrauimus, iſte ergo Zone Solis & chronis quia tẽporis ſunt, quia Solis motu & dierum longitudine ſiue breuitate harum zonarum diui

*ſionem comprendimus. Nunc præclara quædam poe.
rum figmenta uerificemus, Phœton Solis egiptii et Cli
nes filius fuit qui cum Epapho Iouis et Yſidis filio
contemptionem accepiſſet quòd non eſſet ſolis filius, Phœ
ton matrem rogauit an Phœbi uere filius eſſet cui ma-
ter pro mulierum conſuetudine omnem pudicitiam omnē
coniugii fidem policetur, nullum præterea niſi Phœbum
nouiſſe uirum & quicquid Phœton a Phœbo parente
expoſceret facile aſſequeretur, Phœton repente externū
litus oriētalis Oceani adiit ubi Phœbi currū cōſcenderet
qui cū filiū intueretur paterna illum pietate ſuſcepit &
omnes amoris partes pro parentum more policetur, Phœ
ton rogauit ut ſibi currum & habenas concederet, Phœ
bus neque iuſiurandum neque paternā pietatem omiſit
& currum & æquos regere illum docuit, primum ut ſti
mulis parceret ne timentes ſiue furentes æqui ſolis i-
ter deſererent, ſecundo ut habenas fortiter contineret,
quia poſtremi æqui currum fortius trahūt; tertio quòd
in medio uiæ currum duceret ne ad dexteram ſiue ſini-
ſtram partem declinaret, Phœton currum cōnſcendit
quem cum aliquandiu rexiſſet et Scorpionem non mul-
tum a ſe diſtantem intueretur timens habenas dimiſit, et
ruentes æqui nunc a dextris nunc a ſiniſtris omnem ter
ram & maxime orientalem plagam exarſit. Quare
iſta terra, a Ioue ultionem expoſcit, Iupiter in phœtōtem
fulmine irruit & in padum illum iecit. Sorores Phœtō
tis cum in eum locum flentes conueniſſent in arbores cō
uerſæ ſunt. Sed frater Iouis furorem et ignis incendia ti
mens in cignum conuerſus eſt, nam ſe ad fluminis litto-*

ra cõtulit ubi flens lachrimis Rodanum fecit & in duę ſe conuertit,figmentum hoc moralem & naturalem uerificationem expoſcit,Phœton cum regnum a patre ſuſcepiſſet quòd Phœbus antea,A Ioue regendum ſuſceperat, Sed Phœbus maxima pietate ac uirtute populis imperabat,poſtea uero quam regimen in Phœtontem transferre inſtituit illum admonuit ut pietate iuſtitia & uirtute populos regeret,nam pietas ſingulari beniuolētia omnes cõplectitur,ſed iuſtitia bonus præmia confert & prauis ſupplitia infert & uirtus extrema deuitat,quia uirtus immedietate cõſiſtit,Phœtõ ergo quia ignarus princeps ob Scorpionis intuitum,quia malorum timore non ignoſcit ſtimulis quia pietatem omittit neque habenas continet quia iuſtitiam negligit neque uiam mediam tenet quia uirtutem deſerit,quarę ciues oppreßi Iouē,quia ſuperiorem principem expoſcunt,quare principes in eos irruūt qui magiſtratus gerūt & ſororibus, quia cum laſciuientibus hominibus pereunt,nam qui ciuitatibus præſunt & bonos & malos habent a quibus conſilium ac præſidiū accipiunt.Cum autem urbiū præſules pereunt ſorores quia mali homines in arborem conuertuntur, quia auari terræ radicibus afiguntur, Nam cogitationes omnes & affectus ad pecunias & cætera diuitiarū genera referunt & cortice teguntur, quia obſtinatione impietate et nulla ex parte ſe flexibiles manifeſtant, ſed boni uiri in cignos uertuntur quia ſua albedine innocentiam manifeſtant & lachrimis impiorum ſcelera ſignificant & cantu quia honeſtis ſuaſionibus omnes ad uirtutem aduocant,collum decliue ferunt per humilita-

tem

tē roſtrum obtuſum ut diſcrete omnia proferant et claudo pede incedunt ne ad uoluptates properent hii ciues poſt urbium incēdia incolumes ſeruantur & perpetuo honore habentur.Naturalis huius figmēti expoſitio regnante Ciclope primo Athenienſium rege in omnibus orientalibus regionibus et tota Græcia tantum incendiū apparuit ut arbores & uegetabilia exuſta fuerint,& terra arida facta & flumina atque maria exſiccata plerumque enim per coniunctionem planetarum calidorum in ſignis calidis fit aeris & aliorum elementorum incenſio & per coniunctionem in ſignis aqueis facta multarū ciuitatum et regionum ſubmerſio.Quamuis tēpore Noe diluuium maximum apparuiſſet tāquam naturalibus cœli diſpoſitionibus factū eſſet quia planeta quilibet mundum regit annis 354 & primum Saturnus,ſecundo Venus,tertio Iupiter,quarto Mercurius,quinto Mars,ſexto Luna,ultimo Sol.Cum autem Mars mundum regeret & planetæ plures in Piſcibus coniungerentur factum eſt uniuerſale diluuium tempore Noe,poſtea uero quàm ceſſauit diluuium derelinquit Archam in montibus Archadiæ & ſe in Caldeam contulit ſalubrem magis ſub ducatu Lunæ,diſperſæ ſunt linguæ ſubmerſa eſt etiā Sodoma & Gomora, ſub ducatu Veneris et per coniunctionem planetarum in ſignis calidis exuſtæ fuerunt partes orientales et omnis Græcia,Phœton ergo,quia incendium eſt ſolis filius,quia ſol omnem calorem efficit & Climenes, ideo Phetōtis mater,quia humiditas eſt ſubiectum caloris cum enim humitas deeſt etiam calor deficitur,ideo Phœton a genitore currum petit quia res

omnis naturalem ſuam diſpoſitionem ſeruare intendit et mortem perniciemque deuitat, quòd autem Scorpionem intuens expaueſceret quia tēpore Autumnali Sole Scorpioni appropinquante Solē ferre mittitur, & om ne ipſius poſſe, quia 19 gradu Libræ uſque ad 19. Scorpionis Sol eſt in uia combuſta, propterea à ſolitis ſibi iuribus debilitatur, imo ſecundum Aſtrologorum periciam Sol exaltatur in ariete et in Libra deprimitur, Luna exaltatur in Tauro in Sorpione deprimitur, caput Draconis exaltatur ingemini & ī sagittario deprimitur et ſic cæteris planetis ſunt exaltationes ac depræßiones ſicut apud Aſtrologos clare conſtat præterea tempore autumnali ſuperfluunt pluuiæ quæ omnem aeris et terræ æſtuationem remmittunt, Phœton ergo Scorpionis intuitu periit, quia incendia omnia eo tempore remittuntur. Quòd autem terra à Ioue opem expoſcat non iniuria, quia genita duplici natura reguntur, uniuerſali & particulari, uniuerſalis mortem & uitam eſſentialiter intendit, quia per generationem unius ſequitur alterius corruptio, ſed particularis cuiuſque rei natura illius cōſeruationem intendit, ideo ſi elementa quandoque à naturalibus cœli deſpoſitibnibus permutantur à ſequentibus influxibus melius diſponuntur & propter hanc rerum ſucceßionem peripatetici mundum perpetuum arbitrabantur quod uerum eſſet niſi mundus à diuina uoluntate regeretur quæ ueræ imperat & ſuo imperio cūcta diſponit, res ergo naturales in æternitatis Orizonte locantur, quare propria & uniuerſali uirtute regūtur. Omnibus itaque rebus triplicem uirtutem inſitam

abitramur, unã ratione particularis uirtutis, quæ deter minatum finem intendit, & ſic ignis ſemper ſurſum & terra deorſum mouẽtur & etiam illa uirtus uniuerſalis ſuperior quæ terram pro mixtorum generatione ſurſum monet & ignem deorſum, eſt & alia uirtus a uoluntate proueniens quæ et elementis imperat & cœli motus continet & ad celeris motus magis quandoque compellit, particularis natura quandoque perficitur et quandoque debilitatur ſecũdum diſpoſitiones cœleſtis influxus in quo perfecti ratio continetur, hæc autem quamuis maxime ordinaria, cũ ſui ordinis rationem ſemper manifeſtet, tamen hæc aliquando debilior & aliquando fortior apparet, ſupra hanc eſt uirtus quædam præſtãtior quæ omnia ſua uoluntate diſponit atque gubernat ſicut in paßione domini obſcuratus eſt Sol, quo tempore Luna ex Solis oppoſito continebatur, et tempore Heliæ Solem retardauit Deus ne longius progrederetur, ut inceceptam uictoriam aſſequeretur & Ioſue cui mortem certo periodo inſtituerat annis quindecim prolõgauit, has itaque poſtremas actiones non natura ſed diuinitus factas exiſtimari oportet figmẽtũ aliud et phetuſa ſalãpetie ſiculæ nimphæ ſolis et Dirces filiæ fuerũt, quæ maxima diligentia parentum greges ſeruabant & miſcebant Vlixes cum apud cererẽ hoſpitaretur admonitus ſi aliquando caribdim & ſilam trãsfretaret & in Siciliam perueniſſet a ſolis & Dirces gregibus abſtineret, quia a phetuſa & ſalãpetuſa tuebantur. Cũque poſt multa maris diſcrimina in eum locum Vliſſes ſocii perueniſſent ſenioris cuiuſdã heuritoĩs conſilio freti apud has nim

abſtinent et uoluptatibus intendunt brutis ſimiles pereunt, nihil enim recte conſpiciunt cibo potuque repleti, Hanibal inſignis pœnorum dux cum per multa diſcrimina exercitum in Italiam perduxiſſet omnes ſocii uoluptatibus dediti perierunt, et Hannibalem deſeruerunt ꝙ pleriſque imperatoribus contigiſſe legimus, propterea multi exercituum duces ſcortũ et cæteras delitias repulerunt ne milites perirent et ſeditiones oriantur, figmentum aliud Paſiphe Solis Rodii filia & Minois et Tauri patris ſimilitudinem accepit, hic cum ſæuos et immanes mores haberet carceribus incluſos homines necabat, nam cum Minos maximo exercitu Athenienſes obſediſſet propter Androgeum filium quem occiderãt in hãc conuentionem deuenerunt ut ex Athenis tres homines Minotauro edendi traderentur, Nam et ſi quædam horũ natura ſicut & alia multa tamen plura falſa figmenta ueteres illi uates inſeruerunt, nobis ſignificare uolentes quo pacto beſtiales mores in hominibus ſepæ oriãtur, per Paſiphē ſpecioſam mulierem et Solis filiam rationalem animam formoſiſſimam et ueri dei filiam intelligimus Minois præclari regis et iuſtiſſimi legislatoris coniugẽ, quia rationis humanæ que ſibi leges condidit et ſaluberrime conſulit huic Paſiphe Venus aduerſatur, quia Sol homines ad magiſtratus et compoſitiſſimos mores concitat, Sed Venus ad uoluptates, quare Paſiphe aduerſari uidetur, Venus ergo quia concupiſcibilis appetitus rationi aduerſatur eamque plerunque ſuppeditat et Tauro adherens beſtialis efficitur, nam delitiæ et blandimenta hec quamuis pulchra appareãt &

hominibus corferrè uideantur turpe tamen ad deſtandũ ſemper aliquid continent, quare Minctaurus generatur quia beſtialitas quæ aliquando pulcritudine aliquando fictis hominum moribus tegitur et implicita multis tortuoſitatibus mente continetur. Hæc igitur beſtialitas nũquam eicitur ſiue necatur niſi a prudente ac ſapiente Theſeo qui filium aligat ne ſui introitus principium deſerat, Cum enim homines unde uenerint, quia ex ſublimi æthere a Deo creati, quo præterea reddituri ſunt oi labore ac diſcrimine Minotaurum ſuperabunt, cum tribus pilis quia tribus uirtutibus, quæ tribus principalioribus uitiorum generibus aduerſantur, cum omne quod eſt in mũdo uel eſt cõcupiſcẽtia carnis uel ſuperbia intellectus uel oculorũ cõcupiſcentia quã cum ſuperauimus ad primas uictrices reddimus, quia gloriam promeremur æternam, Pan, etiam quia Sol ſeptem fiſtulis, quia ſeptem planetis inferiora oia regit et generalia omnia producit.

De Marte. XXXIII.

MARTEM *ex Iunone matre, ſine patre ueteres illi uates genitum uoluerunt, nam cum Iuno animaduerteret Paladem ex Ioue ſine matre genitam, ipſa filium ſine patre concipere ſumopere cupiebat, quare abiens ut Oceanum cõſuleret obuia Deæ Flore zefiri uxoris ſalubre conſilium accepit, quia in campis Oleneis erat fons cuius contactu mulieres ſine uiro conciperent, Iuno*

autem cum genitalia flore tetigiſſet Martẽ genuit, qui cum bellicoſos ac immanes mores haberet ferream ſibi domum inſtruxit et turres et mœnia omnia matris ſuffragijs ordinauit. Mars rubeam et igneam faciem habet et capillos ſimiliter, in ſplendenti curru uehitur et a tribus æquis trahebatur. Multæ armatæ ac furẽtes inſidiæ currũ præſtabant, ſic armata Mors et plurima diſcrimina currum ſequebantur, multa nepharia foribus aſtabant, neque materialẽ quiſquã Venerẽ cruentius adibat. Quicunque uero ſibi miniſtrant gementes inſidioſi ac lugentes proclamant, et Bellona Martis ſoror ſibi ſemper aſſiſtit et ſplendens incedit, ſed muciber nunquàm currũ deſerit et maximis ſemper rumoribus inſequitur Romani cũ Martem tanquam diuinũ parentem uenerarentur et in urbe et extra urbem templum inſtruxerant et aras ex gramine exornauerant et Lupum ſibi ſacrauerant, quia Romulum et Reumum ex Lupa alumnos tradiderunt ut turpe ac deteſtandum ſuum genus celarent, quidam etiam pictum Martem eſſe uoluerunt, Archades et omnis regio quæ inter ſeptemtrionales et orientales continetur Martem plurima obſeruatione uenerabantur tanquam apud illos genitus fuiſſet, et plura ſibi nomina tribuebãt quia trãquillus quia finitimis gradicius multa præter hæc ſecundum Proprietates quas habere uidetur. Moralis expoſitio diſciplinæ artesq; omnes primum a ſuis profeſſoribus confuſe atque minus ornate traditæ ſunt, poſtea uero quiſque aliquid adiecit quo perfectiores illas redderent illaſque exornare plurimum ſtudere ſolent. Sed planeta quilibet et principaliter

Mars ſignificationes proprias habet quæ in bonitate et malitia plurimum uariantur ſecundum quòd bonis aut malis planetis bono ſiue malo aſpectu iungũtur, Mars ergo generali ſua ſignificatione eſt planeta maſculinus nocturnus malus calide complexionis et ſicce, uirtualiter etiam itinera ſignificat per quæ homines multa diſcrimina patiuntur et artes ferarias quocunque modo ferrũ exerceri contingat, ideo eſt medicorum ſignificator principaliter ſi fero utantur et carnificum Sed poetæ illis diſciplinis Martem præfecerunt quæ armato ac furenti milite complentur, qui ſolus eſt ſignificator iniuriarum uulnerum occiſionum, ſignificat etiam tabernarios ſuperbos mendaces periuros falſarios oppræſſores inuaſores itinerum et nephar da ultima quæ ſuis uiribus perpetrantur, quod ſi bonis planetis iunctus fuerit eius feruor remittitur ſi malis intenditur. Venus eum mitem facit et Iupiter in meliores mores et cogitationes illum deducit, Sol uero labores Martis præclaros facit, Saturnus obſcenos atque nephandos, præterea mali planetæ facilius pereunt ſi malis iunguntur quia bonis iuncti perficiuntur, boni ergo planetæ meliores fiunt ſi bonis iungũtur, quia malis iuncti inficiuntur, Poetæ ergo admiratione ducti philoſodhari ceperunt, quare cum Martem ſolum In aere intuerentur poſt quem futura bella contingerent ex Iunone ſine patre genitum uoluerunt, Sed cum ex Ioue parente optimo, Martis feruor atque omnis malignitas remittitur, ideo illum ex matre ſine patre genitum uolunt, quod autem ferreã ſibi domum inſtruxerit quia urbes et mœnia ſolidioribus armis et forti Mar. e tuẽa

tnr

tuentur, propterea Romani Marti duo templa inſtituerunt alterum in urbe, & alterum extra urbem, ut ſignificarent labores impenſas ac diſcrimina maxima quibus milites ſibi aduerſantes inuadunt, Martem Rubeam ac igneam faciem habere & capillos, quia actiones omnes Martis cito inconſideratæ ac furentes apparent, ſimiliter & affectus ſui qui per capillos ſignificantur, Mars curru uehitur quia in epiciclo continetur, a quo circonducitur ſuper deferente, poetæ autem Ideo ſibi currum dederunt, ut maiorem illius ſplendorem ac dignitatem ſignificarent; ſed currus tribus æquis uehebatur, quia primum mentes commouentur, ſecundo uerba proferuntur quæ ſunt furoris incitamenta, poſtea bella ſequuntur & mille oppreßionum genera, ſed cursum mors inſequitur & mille ægritudinum ægeſtatum & diſcriminum ſpecies quæ mortis ſunt comites, fores multis tuentur inſidijs, & domus eſt uellata, & circundata terroribus & multi pereunt antequam ad mœnia pertingant, quod ſi Martem adeunt cruenta facie ac membris frequenter carentibus. Ideo Bellona eſt ſoror Martis, quia omnia Martis opera bello complentur, ſupra domum imbres fulgura tonitrua & multa coruſcationum genera apparent, nam concuſſus armorum tempeſtates & ſingulis & ſplendentes terrores inducunt, Mulciber atque Vulcanus Marti ſagittas, & bellica arma miniſtrant. Alter ferrum fodit, & alter plures formas & belloru̅ inſtrume̅ta diſponit. Quod autem apud Archades & feras illas nationes genitus ſit, quoniam homines illi ratione prorſus carent, & ora

tionibus & commentationibus intenti omnia bello complent, Ideo ſibi lupus ſacratur, quia rapax & ingluuioſum animal eſt & inſatiabili uoracitate rapere omnia ſtudet, quia nulla fides ac pietas ſequentibus caſtra, & oppugnātibus. Ideo picus eſt auis Martis, quia milites ac cæteri cōtēptioſi homines, auſpicia auguria et omnia quæque ſequuntur, quidam Martem ferre uoluerūt, ut ſignificarent ſupremum ipſius poſſe quo ſemper in altum fertur, quia neque Imperatores, neque Principes exercituum Duces ullis diuitijs finem inſtituunt, ſed quiſque longius pergere currat. Ideo gradiuus dicitur, quia gradatim ad bella procedimus uel quia diues Deus Quirinus ſi pace finitur, tranquillus quando pacis iura miniſtrat. Iam reſtat ut figmento quædam uerificemus, Vulcanus, Iouis & Iunonis filius cum deformis & claudus eſſet in Lemnū Inſulā deiectus, cui Venus in uxorem tradita eſt, uel mulier alba præclara quàm ob maximā pulchritudinem Venerem appellabant, quæ cum uirum ob ipſius turpitudinem dedignaretur cum armigero pulchro coiuit. Sed a uiro præclaro & Vulcano obſequentiſſimo ipſorum adulterium eſt patefactum, quare cum maxima odia & plurima diſcrimina inter coniuges exorta eſſent modeſtiſſimi. & eruditi quidam homines Vulcanum placauerunt, & ſibi beneuolam Venerem reddiderunt, ex hac ueritate hoc figmentum accipiunt, quia ſi Venus Marti iungatur minus furens ac mitior redditur, hæc autem coniunctio a Sole ſignificatur cum nunquam a Venere ſeparatur. Quod autem Venus adamanteis cathenis ligetur a Marte, & Dijs cæte

ris ſignificetur, quia huius coniunctionis uis cæteris planetis manifeſte apparet, quòd autem a Neptuno placetur & mars mitior fiat, Ideo fictum quia ſi pluuiæ apparuerint & aeris conſtitutio fiat humanior ſit Vulcanus, quia omnis calida & æſtuoſa cœli conſtitutio a ſuo feruore remittitur ſi pluuiæ uel tempus huiuſmodi appa ruerit. Qui autem Vulcauum Iouis fabrum & fulmina & ſagittas Dijs paraſſe uelint, quia in Lemnos inſula erant officinæ ac ferarij multi, qui artibus illis optime præditi erant, Ideo Iupiter Cretenſis Rex & cæteri totius Greciæ Principes ſagittas & cætera inde arma ſuſceperunt; Ex quo loco Vlixes & Aeneas arma ſumpſere, ut alter inuincibilis, alter ꝑ medios hoſtes inuiſibilis tranſiret incolumis, & Hermionis monile eo in loco fabricatum eſt, & Ariadnæ corona homines enim illorum locorum hiis artibus claruerunt, ſed ut omnium ueterum figmenta uerificemus poetæ tres ignes, tribus Dijs conſecrarunt, & Deos illos tribus generibus ignium præfecerunt, quia Iouem elementali igni et elementato Deam ueſtem, ſed fulguribus ac coruſcationibus Vulcano, & quia in ea Inſula & cæteris propinquis erant terremotus, & multa ex æthere fulmina deſcendebant & multæ artes igneæ quia fabrorum & aurificum fiebant, Ideo in eo loco Vulcanum regnaſſe uolunt, uel quia cũ fulgur ex cœlo decidiſſet & arbores & ligna exuriſſet, ignis ſuccenſus eſt, qui cum homines perterruiſſet, tandem animaduertentes & uſum & utilitatem multa inde ſuffragia acceperunt, quare cum homines conueniſſent & urbes inſtituerent ignis uſum,

ad omnia retulerunt, Quod autem Romulus, & Remus ex Marte geniti ſunt, & a Lupa nutriti, propterea fictum quia cum hii bellicoſi homines extitiſſent, & urbem fundarunt, ideo deificare illos uoluerunt, & eo potiſsium quia ex Lupa ſcilicet ex meritrice geniti aut educati fuerunt, quia meretrices Lupis ſimilantur, & loca quæ inhabitant Lupanaria dicuntur, Nam meretrices obſcœne ſœtentes, ac rapaces ſunt, Merito ergo tã turpe Romanorum facinus diuinitate & rebus bellicis ac pace, præclare geſtis cœlare opportebat ſed nominati, qui Diuturnum magis habuerunt Imperium ex diuis parentibus originem acceperunt, & illis omnem Ciuitatem ſacrarunt, quòd etiam picus ſit auis Martis, Ideo fictum quia Pomona pomorum Dea Pico nupſit quem cum Circes maximo amore proſequeretur illum neglexit ac ſpreuit, quæ irata illum dimittẽs conuertit in Picum, Augur quidam picum habebat a quo multa futura accipiebat, quare illius nomen promeruit hic licium manu ferebat, qui i baculus quo & ſpacium omne & cœli partes metiuntur, per hoc enim ſignificatur Imperium quod eſt illis conceſſum qui hæc auſpiciorum genera ſequuntur, horum tamen breuem traditionem exponemus. Multi philoſophantes proximas cuiuſque effectus cauſas inquirunt, neque utiliſsimas & longe diſtantes animaduertunt, ſicut Deum Angelos intelligentias ſupercœleſtes orbes, inferiora omnia mouentes a quibus perficiuntur & complentur, nam ſiue uoluntate ſiue natura iſta diſponant, neque ab inſtituto abducere cauſas poſsimus, neque ſuos prohibere fines, ſed quia multas

incertas cauſas habent, & a pluribus produci poſſunt, ideo homines frequenter falluntur. Ars igitur Magica multas ſpecies habet, ſed principales ſunt quinque, Præſtigia, Maleficia, Sortilegia, Mathicem, & Mathematica uana, Præſtigium eſt quando deluſione fantaſtica humani falluntur, & aliter quàm ob hoc intuentur, Res enim plerunque non ſubſtantialiter immutātur, & tamen quandoque uiſus aut ſubiectus in eius apprehenſione falluntur, ſic recitat Hieronimus, quòd puellæ cuidam inſpicienti Aequus apparebat, hanc parentes ad Macharium eius ætatis uirum ſanctiſsimum adduxerunt ut illam priori humanitati reſtitueret, quam cum Macharius intueretur nulla ex parte illam mutatam uidit, ſed uidentium intuitus fallebantur. Poſtea uero quàm Macharius illam criſmatæ unxit omnes fallaciæ & omnis inſpicientium error amotus eſt. Secūda ſpecies eſt maleficiorū qua homines frequenter utuntur, nā aliquā do uerbis & aliquando demonibns res a ſuo inſtituto euertere cupimus, quandoque tanta uis uerbis ac demonibus inſita eſt, ut & fallere homines poſsint, & genitas res in alium finem dirigere, & iis fallaciis plerique pereunt. Tertia ſpecies ſunt Sortilegia; per hanc res diuinas atque humanas uariis ſortibus inquirimus, quæ uero plerunque fallunt, quia ſortes iſtæ caſualiter & non per ſe diſtantem effectum reſpiciunt. Quarta ſpecies eſt Mathicem ſub qua multo particulares ſpecies continentur ſcilicet Nigromantia, Geomantia, Idromantia, Acrimantia, Piromantia, tandem & mortuorum diuinatio; quia nigros mortuus & Mantia diuinatio, nam

ſanguinem humanum fundebant, & aliorum quandoque brutorum ut contingentia præſtarent. Secunda ſpecies eſt Geomantia, quia diuinatio in terra Geone enim terra nam ipſius terræ diſpõnes animaduertunt, & ſuo motu aut quiete futura ſingula cognoſcunt, & permutare ſuos fines intendunt, Sacra enim quæ apud græcos celebrantur Orgia dicebantur, ſicut quæ apud latinos cerimonia. Tertia ſpecies eſt Ydromantia, quia Ydros aqua ex quiete ſiue aquarum commotione nouerant, quæ futura ſunt, nauales homines hoc maxime perſcrutantur, & uariis ſtudiis omnia inquirunt. Quarta ſpecies eſt Nigromantia, nam quæque aeris fortis commotio ſignificabat quid futurum contingeret, quia ex aeræ multa hauſpicia capiebant, ex imbribus enim fulguribus tonitruis iudicium faciebant, nam motus quies claritas & turbulentia futuros euentus ſignificabant. Quinta ſpecies eſt Piromantia, quia per ignem diuinum, quo præcognitionis genere Thireſias eo tẽpore claruit, nam inſpicientes tremulum ignis motum futura iudicabant. Mathicem ergo in has quinque ſpecies diuiſimus, ſub quibus aliæ ſimiliter continentur. Quinta generalis ſpecies eſt Mathematica, ſed hæc duplex exiſtit, Quædam uera ſub qua hæc quatuor doctrinæ genera continentur, Geometria, Ariſmetrica, Muſica, & Aſtrologia, quadriuiales dictæ a quibus maxime fallimur, ideo eſt alia Mathematica uana de qua principaliter intendimus ſub qua heæ ſpecies continentur Aruſpitia, & Horoſcopia, nam cum aues intuerentur ipſarum dignitatem motum ſiue quietem animaduertebant, quibus poſtea iudicia ferebant

ſicut Iupiter cum Tyrannis bellum eſſet habiturus aquilam ſuperuolantem uidit, quare ſe illos ſuperaturum iudicauit, pari omine Romulus Romanorum Imperium promeruit, ſecundum ergo auium ſpecies & uolatus ad yma uel ſublima iudicia ferebantur, ſed Horoſcopia ſtellas intuebatur, quæ aliqñ igneæ, aliquando uero palentes apparent, uerum hæc iudicia magis caſuras ſtellas reſpiciebant, quæ uarium exiſtentiæ modum ac defluxum habẽt, ſed quia inſpectus ſupercœleſtium ſiderum ad Aſtrologos ſpectare maxime uidetur, generale hoc documentum accipias, quòd inferiora omnia cœli diſpoſitionibus ſubiciuntur, & res quælibet uim accipit ut inſitum finem attingat, ideo quidam in manu, quidam in facie, & in cæteris rebus a natura productis ſiderum uires inſpiciunt, & per hoc iudicia ferunt, propterea uere frequenter falluntur, quoniam particulares effectus a cauſis multis uarietatem accipiunt, nam ſi puncta iecero, quandoque plura quandoque pauciora iaciuntur, ſi manum inſpexero ruge uariantur ſecundum occurſum diſponentium manum, ſimiliter aues & alia auſpiciorum genera ſunt fallentia, ideo nos in primas cauſas referamus. in quibus omnium effectuum rationes continentur.

PERYPATETICI, & cæteri philoſophantes qui primas rerum cauſas inquirunt omnem mundi machinam in duas regiones diuiſerunt alteram elementalẽ circa ignẽ ſiue poetarũ more ignem præfecerũt altera eſt æthérea in qua planetæ plures continẽtur, ſed quia Iupiter planetas, & ſidera omnia dignitate ac uirtute ſuperat, ideo quæque a Diis præclare geſta ſunt ad ſupercœleſtem Iouem referuntur tanquam omnium Deorum parentem maximum, quòd ſi Saturnum Iouis Iunonis, & cæterorum Deorum parentem uoluerunt ut ſignificarẽt quòd eſſet cauſa quædã unuerſaliſsima atque ſuprema, quæ uniuerſalẽ cauſalitatis modum haberet, & in planetis et elementis omnibus tanquam primi agentis uis multiplicatur, et in eis tanquam perfectio, et forma continetur. Supercœleſtis ergo Iupiter ætheris, et Diei filius fuit coronam capite fert, et dextera ſceptrum triſulcum ſiniſtra tabulas, quibus leges inſcripſerat curru pro regia dignitate uehebatur, quem præclari ac mites æqui trahebant, omnes Dii illum adeunt, ut iuramentum capiãt et leges nam cum uirtualiter calidæ ſit complexionis et humide et in eo qualitates et uirtutes omnes æquales ac temperatiſsime ſunt, calidorum ſiderum feruorem, remittit et frigidorũ calorem intendit, et cæteris rebus iuuamentnm afert, propterea Iupiter quia iuuans pater tanquam uiuẽtibus omnibus uitam præſtet

nam

nam cum Saturnus ſit frigidæ complexionis & ſicce, quæ uiuentibus aduerſatur omnia a Iouis caliditate et humiditate iuuantur, et mars quia in caliditate, et ſiccitate ſuperfluit a Ioue mitior redditur. Cætera etiam ſidera ſi bono aſpectu Iouem aſpexerint, uel malignitatem perdunt uel bonitatem acquirũt, nam cum Iupiter Deos omnes Atrium regium aduocaſſet, ut conſulerent, quo pacto mundum rgeerent, et omnibus rebus ſiue genitis ſiue creatis leges imponerent quibus perpetuo iure parerent, ac ſplendenti uia Iouem adirent tantum, quòd illi uiæ ſplendorem intulerunt, ut uia lactea meruerit appellari, nã & ſi cæteræ cœli partes obſcuræ aliquando appareant, hæc nunquàm latere uiſa eſt, hæc non ſolum Deorum uia, ſed eorum etiam qui Deos imitantur, per hanc Hercules maximis laboribus accurrit, & Ariſtotiles ad Heliconem fontem, Gvgantes etiam turres maximas ſtruxere, & montes montibus addiderunt, ut cũ ad hanc perueniſſent uiam Deos adirent, quos uel ſuperarent uel perpetuo illis cohabitarent, Iouem præterea capite Arietino uenerabãtur, ab eo etiam in nemore epirotarum reſponſa accipiebant plura ſibi nomina tribuebant, primũ Iupiter Zeus, quia calor ſiue uita interpretatur licẽtius, quia uitã uiuẽtibus præſtat, diſpater quia Diei pater, eſt etiam Deorum æterna poteſtas, quia planetas omnes & ſidera perfectiora reddit, & hominibus diuitias honorem & dignitatem tribuit. Moralis expoſitio Cœlum ſecundum Aſtrologorum traditionem multipliciter eſt diuiſum per duodecim ſigna, in quibus planetæ debilitãtur uel fortificãtur, dignificantur uel a ſua

dignitate deiciuntur, quia Sol in Ariete exaltatur, & in Libra deprimitur, Luna in Tauro exaltatur, & in Scorpione deprimitur, caput Draconis in Geminis exaltatur, & in Sagittario deprimitur, Iupiter in Cancro exaltatur, & in Capricorno deprimitur, Mercurius in Virgine exaltatur in Piſcibus uero deprimitur. Mars in Capricorno exaltatur, & in Cancro deprimitur, Venus in Piſcibus exaltatur, & in Virgine deprimitur, Saturnus in Libra exaltatur, & in Ariete deprimitur, præter has exaltationes ſiue depreßiones planeta quilibet habet proprias domos, in quibus fortiores fiunt, in oppoſitis uero debilitantur. Solis domus eſt Leo & Lunæ Cancer, Aries & Scorpio ſunt Martis domus, Sagittarius & Piſcis ſunt Iouis domus, Capricornus & Aquarius ſunt domus Saturni, Gemini & Virgo ſunt domus Mercurij, Libra & Taurus ſunt domus Veneris. Aliæ præterea ſunt diuiſiones de quibus infra dicemus. Super cœleſtis ergo Iupiter eſt cœli filius, quia eadem eſt cœli, & Iouis materia, ſed cuiuſque ſideris eſt magis clara, atque Dyafona, coronam capite fert, quia eſt fortuna maior maſculinus Diurnus, & ſignificat ſuperbiam, & omnia fere diuitiatum genera, item fidem & religionem & cætera, quæ ad dignitatem ad gloriam ſpectare uidentur, & de figuris hominum ſignificat habentem faciem pulcrham cum participatione rubedinis oculos non multum nigros, & cæteras faciei partes æquales ſeptrum triſulcum fert, quia Iouis fulmina coruſcāt & urunt, ſed uerior expoſitio, quia ſupra perſonam honores diuitias Imperium habet, nam ſecundo menſæ Iu

piter conceptum in utero regit, & nono menſe ad lucem illum deducit. Ab eo poſtea omnes uitæ partes diſponuntur ac perficiuntur, quòd ſi fuerit directus & fortunatus uitam longiorem, & ſubiectus ac rationem meliores præſtat. ſi in decima domo dignitatem maximã in noua fidem ac religionem, in ſecunda maximas diuitiarum copias elargitur, ideo ſiniſtra tabulas fert in quibus leges continentur, quia ſignificat diuinam & humanam uitam, amicos ſumma neceſſitudine coniungit, inſidioſos ac diſcordes beniuolos reddit, curru uehitur quia in epiciclo continetur & ſupra ſuo deferente rotatur, & pro ſideris dignitate maxima, in curru ponitur & mites æqui eum trahunt, quia in duodecim annis circuitionem complet, et homines quo ad mores mites reddit, quòd autem illum Dij adeunt, quia ſi planetæ Ioui coniungantur meliores fiunt, & ab eo perfectionem accipiunt, quare uia lactea & ſplendens apparet, nam effectus qui poſt apparent clari & ſplendentes uidentur, omnes ergo planetæ omnes homines & omnia uiuentia bona Iouis figuratione perficiuntur, uirtutes uiam hanc ſplendere faciunt, & diſciplinæ ſiue ſpeculatiuæ aut practicæ, hinc per has ad ſidera tendimus & nos Diis pares facimus, præclari ergo homines huic uiæ ſplendoris plurimum attulerunt, nam per ſanctitatem hanc uiam conſendimus, ſed per pietatem, caſtitatem, ueritatem, accurrimus donec coronam promeruerimus æternam, quam dabit Deus iuſtus iudex non ſolum nobis ſed hiis qui expectant aduentum eius in illa die, quòd autem Iouem Arietino capite uenerantur, quia Io

uem pro Sole accipiunt, qui Aſtrologorum pericia in Ariete exaltatur, uel quia Chriſtum futurum agnum præcognouerant. Quod autem per columbas reſponſa daret, quia illis demonibus erat conceſſum homines fallere per columbas quæ ueterum auctoritate quia regiæ aues, & Veneri ſacrate nunquam incommunitate uolant ſicut regibus multi ſemper aſſiſtunt, in nemore epirotico, quia in mundo iſto, per columbas, quia per uirtutes ſuperiorum corporum, et maxime Iouis ſignificantur præclari omnes effectus uenturi, propterea multa ſupercœleſtis Iupiter promeruit, quia multos et maxime præclaros producere effectus habet, Auicena, cuius doctrinam multi philoſophantes imitantur uoluit, quòd a uirtute ſupercœleſtium corporum in animabus noſtris uis quædã imprimeretur per quam animæ nobiles redderentur ut ſupra elementa Imperium habeant, quare ſiſtere flumina poſſunt, et montibus curſum imperare, nubibus ut aquam effundant, et ægri ſanctitatem inducant, cæteriſque langores ſua uoluntate admouent, cœli ergo uirtus noſtris animabus inſita quandoque nobiles, et quãdoque degeneres illas facit, hanc præſtantiam Noe peritiſsimus Aſtrologus, et Moyſes optimarum legum profeſſor, et Chriſtus multorum mirabilium effector ueterũ illorum philoſophantium exiſtimatione a ſideribus acceperunt, Nũc quidem ueterum figmenta uerificemus Achiles cũ fœlicia ſidera in ſua natiuitate accepiſſet a matre ſumma cum diligentia obſeruabatur, nam ex oſsium medullis illũ nutriebat ne cibo angeretur et uiribus promptior redderetur, Achiles ergo quia ſine Chilo ueſceba-

tur, hunc mater Stigiis aquis immerſit, ut contra labores omues ſufficeret, ſed talum atque pedem aquis minime immerſit ut ſignificaret, quòd locus ille a cupidie aureis ſagittis infici aliquando poſſet, Achiles quaſi perfectus homo, et ad omnia laborum genera probatiſsimus ſe uirum fortem contra quem belli et mortis diſcrimina ſignificauit, et illis aduerſantibus animū inſtituit, ſed pedibus atque talis uir libidinis uim cōtinens non fuit aquis immerſus, quaſi ſignificaret, quòd uis omnis fortiſsimi a uoluptate, quia mulierum libidine ſuperari facile poſsit, nam cum Achiles potentiſsimos ac bellicoſiſsimos theucros ſuperaſſet inſpectu poliſine ſuperatus eſt, quia in Templo Apolinis perēptus, nā amātes cum in uoluptates ſe cōferūt et latentibus et manifeſtis inſidiis ſuperātur. Et protheus marinus uates nunquàm rogantibus reſponſa dabat niſi ligatus, quòd ideo fictum quia rationalis anima quæ uiribus ſenſuū oprimitur nihil præclarum audet niſi coinquinamenta hæc ligata ſunt, nos enim libido compellit ſtultitia concitat fraus a rectitudine abducit ferocitas immanes homines facit, niſi ergo hæc et cætera uitia fortiſsimis uinculis teneantur mens noſtra neque prudentia, neque ſapientia, neque uirtute dare reſponſa poteſt, Protheus ergo Occeani et Tetidis nimphæ filius fuit et ex Inſula quadam Palene, Neptuni autem paſtor cui multa fuerant Armenta commiſſa, hic Protheus ſenex et prudentiſsimus prope ægipti Littora imperabat, et quia præſentia præterita et futura nouerat, ideo præclarum et diuinum uatem arbitrabantur, præterea Occeani filius quia Ydromantiam nouiſ-

ſet quæ eſt ſciētia diuinandi per aquas, et Thetidis nimphæ quia prope fluminum Littora hanc ſcientiam profitebatur, et Neptuni paſtor maritima loca quibus Imperabat marinis monſtris erant plena, ideo ligatus reſponſa dabat, quia a uitiis abſtinebat et quieta et compoſitiſsima mente conſulebat, qui cum frequenter meliora conſuleret diuinum uatem arbitrabantur. Liſania etiā ex regione Archadiæ cum omnes illius Prouinciæ homines ingenio doctrina moribus ſuperaret Athenis profecit ubi homines moribus doctrina ignari uitam ſine ratione agebant, neque Deos colere nouerāt nec hominum iura ſeruare, quæ omnia cum Liſanias ſtudioſius animaduerteret immanes illos homines et mites et pios fecit illiſque iura dedit, nam publicas exactiones inſtituit ut mœnia ſtruerent et ciues ualo et turribus incluſit ne a feris et hoſtibus oppugnarentur, præterea ciues mutua beneuolentia et amore coniunxit, quia uiri cum proprios nouiſſent liberos maximam illis pietatem ſignificabant et maxima diligentia illos alere curabant, poſtea quiſque domos magno apparatu et ſibi ac liberis componebant, et eas primum artes inſtituerūt, quæ ad uictū neceſſariæ fuerunt, poſtmodū illas quæ et ciues et rempublicam exornabāt, nam quidam terram colere nouerant alii paſtoralem, alii Theatralem quidam Lanificum quidam Militarem nonnulli medicinam, poſtea nauifactiua ut diſtantes homines aduocarent, ſeque illis mercatura coniungerent. Cumque labores et diſcrimina multa nouiſſent Deos colere inſtituerunt quibus ingentia templa ſtruxerūt et aras uictimas, & hoies præterea ſacris

imolandis præfecerunt qui Deorum mores nouiſſent, et cæteros ſapientia et uitæ ſanctimonia ſuperarent, et hos præclaros homines tanquam Deos uenerabantur et celitus miſſos arbitrabantur, ideo Liſaniam Iouem appellauerunt, et Cretenſes Iouem Saturni filium quem diuinum parentem uenerabantur, quem non humanis, ſed diuinis ſuffragiis Gygantes oppugnaſſe aiebant. Multa præter hæc figmenta Poetæ nobis tradiderũt ut Principes dignificarent et ignauos illos homines Principibus obſequioſos redderent.

De Saturno. Cap. XXXV.

SATVRNVM primum ac ſupremum Deorum ueteres omnes uates arbitrabantur et cæteris Diis tãquam parentem præfecerunt, nam elemẽta quatuor ex ipſo genita ſunt, ex quibus mixta omnia ſiue perfecta ſiue imperfecta generantur, quo tamen pacto et cœli et ſidera omnia genita fuiſſent prorſus ignorabant, propterea illorum parentum nomina confuſe nobis tradiderunt, ideo ex Iperione quoſdam Deos genitos uolunt et quoſdam cœli et Diei filios arbitrabantur, quare Saturnum aliquando caruiſſe parentibus, et aliquando ex cœlo, & Dea Veſte genitum uoluerunt, hæc igitur generationis principia nunc ad mortalem, & aliquando ad supercœleſtem Saturnum referebãt. Quum tamen poetarum traditione Saturnus cœli, & Veſtes filius fuit

hic ſenex et triſtis querullus et lugens ſemper incedit ca pitis et barbæ canos pilos habet obſcuraſque ueſtes dex tera manu falcem fert ſiniſtra uero Draconem flammeũ qui extremum caude ore deuorat et continet, et quia a Regno pulſus fuerat mœſtus uelatum caput fert a pa tre genitalia ſibi exciſa fuerunt et in mare iacta et ſan guine commoto ac ſpummate genita eſt Venus quæ ſi cut uniuerſalis amor omnibus rebus infunditur, hic ta men Saturnus cum ſenex ſit puer efficitur et filios quos primum genuerat poſtea deuorat, de hinc euomit. Mora lis expoſitio, Romani quæ benemeritis hominibus atque Diis præmia optima conferebant, cum animaduerterẽt beneficia quæ Latini homines a Saturno ſuſceperant tẽ plum inſtituerunt, prope quòd Aerarium locauerunt ubi omnes publicæ Romanorum diuitiæ ſeruabantur tan quam Saturnus diuitiarum pater illas hominibus con ferat, quo præterea ſtudio diligentia ſeruare cõueniat, nam ſenes auari ſunt, et diuitias maxima cum diligentia ſeruare curant, Saturnus ergo cœli filius quia omne Aſtrum ex cœleſti materia eſt genitum uel a Deo ſine materia creatum, et Dea Veſtes eſt Satnrni mater, quia terra eſt actualiter frigidæ complexionis et ſicce, qualis complexionis uirtualiter eſt Saturnus, præterea terra omnes res concipit et poſtea parit, quæ Saturnum uir tualiter repreſentant, ſicut plumbum et duri lapides qui ex terra generantur effectum pro cauſa ſignificantes tan quam hæc uirtualiter Saturnus exiſtant, hic eſt planeta maſculinus Diurnus ſignificat res antiquas graues et tardi motus ex humoribus malitiam et etatibus ſene ctutem,

ſtutem, quia uirtualiter eſt frigidæ complexionis et ſic
cæ,docet etiam plantationes agrorũ et nemora et uites
colore domos edificare ſed maxime religioſorum, qua-
liter præterea aquæ per inſolita loca ferantur etiam
uiles et abiectiſsimas artes ſignificat ſicut foueas face-
re ligonizare et lapides et ligna atque cimentum ferre,
qui præterea Saturnum male diſpoſitum in ſua natiui-
tate acceperunt prauos ſenſus ac pernicioſos mores ha-
bent,quòd ſi bonis planetis iunctus fuerit illis artibus
ſtudioſos homines reddit,quæ a bonis planetis ſignificã
tur, imo ſecundum peripateticorum traditionem ſa-
piantes in philoſophia ut plurimum fuerunt melãcolici,
Saturnus ergo ſenex quia ſenectutem ſignificat,uel quia
ipſius ſidus tarde mouetur ĩ triginta.ſ.ãnis triſtis quia
triſtitiã ſignificat,Canus quia ĩ Capricorno pluuias ge
nerat ĩ Scorpiõe grãdines in Ariete uẽtos in Leõe fulgu
ra. Sed *quidam philoſophantes aliter de Saturno profi-*
tentur quia per Saturnum tempus intelligunt quod ex ſu
premo cœli motu cãtur qui arcuoſus et in modum falcis
apparet,uel ideo Saturnus falcem fert quia primus falcis
uſum docuit,ideo filios deuorat quia tempus omnia con
ſumit imo corruptionis cauſa diffinitur. Poſt au-
tem filiorum corruptionem iterum illos euomit, quia
corrupta poſt tẽporis ſucceſsionẽ regenerãtur et ſic gene
rabilium & corruptibilium ſeruatur ſucceſsio per quã
mundus conſiſtit, ideo uelatum caput fert, quia effectus
Saturni in profundo terræ generãtur, & a Ioue regno
priuatur, quia Iouis conſtellatio quàm maxime contra-
riatur conſtellationi Saturni. Multa præter hæc Satur-

no conueniunt quæ apud Aſtrologos ſtudioſius acquiruntur. Saturnus ergo cum illis tēporibus floruiſcet quibus homines morum & præclare cuiuſque diſciplinæ ignari crederentur. Cum illis leges impoſuiſſet et frumentum ſerere & agros & nemora colere docuiſſet, ætatem illam auream poetæ finxerunt, nam quiſque ſua ſorte contentus tranquillam uitam agebat, non alienos quærebant agros neque in unum multas conferre diuitias curabant ut uoluptatibus ſufficerent. Cum autem uim diuitiarum nouiſſent quibus omnia uoluptatū genera proſequi uolebat tunc quiſque alterius partes ſurripuit, quare iniuſtitia & alia diſcriminum genera exorta ſunt, nā monſtruoſi homines quos tāquam deos uenerabātur ad infima loca deſcenderant ut aliorum partes ſurriperent & qui primum in agris ſiue nemoribus continebantur, ſæuo Marte montes conſcenderant ut illos fugarent eorumque partes ſurriperent, quare cum frequentes inter homines exortæ diſcordiæ fuiſſent mūſtruoſi guelfi et decliuia inhabitantes loca guebellini dicebantur, quare poſterior etas argentea eſt facta. Cum autem uitia poſtea magis adoleuiſſent inferream plumbeam atque lapideā permutata ſunt, homines autem cum nemorum ſiluarum agrorum uel montium experientiam uel eruditionem maximam profiterentur tanquam diuini homines obſeruabantur, pariter cum fontium fluminum ac maris cauſas nouiſſent uel diuinæ Nimphæ uel diuini homines habebantur, agrorum itaque dii cum montes conſcenderent ſerpentinos pedes habere credebantur, quia ſerpentum more montes conſcenderant res enim ferreas pedibus

ſupponebant quo facilius aſcenderent, ipſorum itaque pedes ſerpentum pedibus ſimilantur. Mulieres autem ſiue mõtanæ ſiue agreſtes cum eſſent filios pariture in caueis arborum uel montium ſiue cæteris antris latebant donec peperiſſent. Quare cum mulieres filios ex antris deferrent, tunc ignari homines ex arboribus ſiue filios ex ãtris uel lapidibus exortos arbitrabãtur, poſtea uero cauſas, ſtruxerunt de hinc urbes, poſtea hijs artibus ſtuduerunt quæ ad uitã neceſſariæ crederentur, præclarũ etiam figmentum ueteres tradiderunt, cũ archades in maximis et umbroſis nemoribus continerentur ut neque ſolem neque Lunã nec alia unquam ſidera intuerentur, poſt quã uero ex ſiluarum umbris ad lucem deueniſſent & cœlum & ſidera animaduerterent ſe prius illis genitos exiſtimabant et ſe cæteris nobilitate præferri putabãt. Quare cum frixonibus de nobilitate certarent quoniam ante Phœbum geniti fuerant ſe illis præferebant Frixones etiam ſuæ antiquitatis præclara inditia efferebant. Archades præterea cum ſterilia & inculta loca habitarent cum ad fertilia & culta ſe tranſtuliſſent omnia de uaſtare permittebant ut ſolitam uitam ducerent maximoque otio fruerentur. Suam ergo & otio & ignauia nobilitatem profitebantur, uerum cum nemo ſatis ſuæ nobilitatis cauſas adduceret in hanc ſententiam conuenerũt ut infantium nutricibus linguas adimerent ut qui Ydiomatum infantes loquerentur hii primi crederentur, uerum cum uoces ſine ulla ſignificatione proferẽt nõnulli eo experimento ſe priores exiſtimabant, quia licet ſonus ex corporum concuſſione cauſetur, Vox cũ m intentione

ſignificandi proferebatur, quare animalia ſolũmodo uocẽ cauſant, ſermo autem hominibus tantummodo debetur et ſecundum cœli diſpoſitiones uariatur.

De octaua ſphera. Cap. XXXVI.

QVAMVIS Philoſophantes nihil ſe ſcire oppinarentur niſi effectus in primas & uniuerſaliſſimas cauſas retuliſſent tamen harum cauſarum rationes uario quiſque modo inquirit, nam epicurei omnia corruptibilia faciunt neq; ultra quatuor prima elementa ſuas cogitationes extulerunt, quia ſicut illa ſe inuicem alterã generant atque corrumpunt. Similiter & mixta omnia, quare animam intellectiuam humanam curruptibilem faciunt & deum otioſum arbitrabantur nullamque rerum agendarum curam habere & omnia ferè cauſaliter producta uolunt, Sed horum opinionem miſſam faciamus, Stoici uero qui Platonem ſibi principem præfecerunt animas generabiles faciunt minime autẽ corruptibiles, ſimiliter cœlum & ſidera omnia per generationem producta uolunt nullam poſtea curruptionem habitura, Ideo multas ponebãt ideas quæ tanquam uniuerſales cauſæ omnium mixtorum perfectorum ſpecies conſtituerent & ſingulares effectus producerent, ipſe autem ideæ tanquam formæ per ſe ſtantes in quibus uis primæ cauſæ continebatur, non enim arbitrabantur primã cauſam poſſe immediate hos inferiores effectus producere,

niſi multæ intermediæ cauſæ concurriſſent & præſertim ideæ quæ cauſarum ducem intendunt, & ſic hominũ ideam unam opinabantur, ſimiliter æquiuocorum uolucrum & cæterorum animalium. Sed cœlum propriam habere formam a qua mouebatur, hæc autem tã quam primæ cauſæ inſtrumenta & illarum idearum effectus intendebant & illis generationem ſiue corruptionẽ præſtabant. Sed Ariſtotiles & peripatetici omnes has ideas negligunt neque hunc generationis modum oppinabantur, Sed in cauſis eſſentialem ordinem poſuerunt neque poſteriores a primis generationem acceperunt, Sed cauſalitatis uim atque modum, quia prima & uniuerſaliſſima cauſa in octauo cœlo locatur quamuis potentiores uires in oriente quam in occidente manifeſtet & in ſeptemtrione quam meridiæ cæteri autem inferiores orbes proprias intelligentias habent quæ ſuis orbibus approximantur ſicut nauta naui & finem intendũt ſicut amatum et deſideratum, neque Ariſtotiles diſtincte cœli & ſiderum rationes nouit, ſed quantum ab Heudoſio ægiptio Aſtrologo accepiſſet tantum nobis tradidit, ideo Aſtrologi clare magis iſta nouerunt, quia p motum planetarum per lucem quid ſidera omnia ſuo lumine plurimum diuerſificantur, etiam per effectus quos diligentiſſime animaduerterunt ſeptem orbes planetarum diuiſerunt & cœlum ſtellarum fixarum in quo multæ imagines continentur & nouam ſpheram quæ ſolo motu dignoſcitur, quia nullæ in ea manifeſte ſtellæ apparẽt, ab hac uero inferiores omnes ſpheræ ab oriente in occidẽs circunducuntur, Imagines autem quæ in octauo cœlo ap

parent ſunt multarum ſtellarum collectiones a quibus ſi ab una in aliam lineæ protraherentur talis imago cauſaretur, uel quia uirtutes tales habēt ſicut res a quibus denominationes accipiunt, ſicut in ariete Sol uires accipit, poſtea ī Tauro fortiores fiūt, in gemini Solis uires geminantur & ſic de ſignis cæteris, ut conſtat apud Aſtrologos qui diligenti ac præcipua inquiſitione ſiderum rationes ſcrutati ſunt. Poetæ uero præclara ſuorum principū geſta ad ſidera retulerunt & ſic urſam maiorem ſiue minorem in cœlum aſſumptas uolunt tanquam etiā bruta diuinitatem promeruiſſent quæ omnia exemplariter referemus. In octaua ſphera eſt circulus quidam æquinoctialē interſecans qui Zodiacus uocatur, uel obliquus circulus uel ſignifer cuius una pars declinat uerſus ſeptemtrionem in qua cœli medietate Luna dominatur, & eſt medietas maxima. Sed a principio Capricorni uſque in finem geminorū Sol tortuoſe aſcendit Altera uero Zodiaci medietas ad meridiē declinat et ē medietas frigida in qua Sol principatum habet et a principio Cancri uſque in finem Sagittarij Sol directe aſcendit, Zodiacus eſt latitudinis duodecim graduum & longitudinis trecentum & ſexaginta, eſt præterea per duodecim ſigna diuiſum, ita quòd ſignum quodlibet triginta gradus continet primum horum ſignorum eſt aries, quia in prima mundi creatione Sol in ipſo continebatur, uel quia eo tempore incipit quòd eſt temperatiſſimum & æquale tempus, tunc annus incipit ſecundum Aſtrologorum traditionem, figmentnm arietis ſecūdum poetas Nephilis Iouis & cuiuſdam Nimphæ filia & Athamantis

Thebarum regis uxor duos filios concepit Phrixum & Helem.poſt mortem Nephilis Athamas Rex Incen Cadmi filiam in uxorem duxit quæ pro nouercarum conſuetudine priuignos odio habuit ut abire cogerentur, qui ad maris littora cum maximis copiis & aureo ariete confugerunt,ut mare transfretarent uerum a Ioue moniti ſunt ne retroſpicerent.Heles autem timida & incõtinens retroſpexit & in mare ſubmerſa,quare Heleſponticum mare appellari meruit, Phrixus arietis pellem amouit quam auro repleuit et inſula colcos ubi mars uenerabatur uelus aureum conſecrauit.Sed arietis caro in cœlum aſumpta ẽ et inſidus conuerſa,& quia cum ad aliud applicuiſſet litus ſe ad mare conuertit ut ſubmerſam Helem conſpiceret ſicut etiam in cœlo conuerſus apparet,cum ergo Sol arietem ingreditur in calore potentior fit & ad reſoluendum uapores & frigus quæ antea reſoluere minime potuiſſet per ſex igitur ſeptemtrionalia ſigna quæ in dextera cœli parte locantur.Sol potẽtior ſemper efficitur,uel etiam dicitur aries,quia ſi Luna et ſtellæ ad ſe inuicem proptraherentur arietis figura cauſaretur.Hoc ſignum eſt principium triplicitatis igneæ calide complexionis & ſiccæ, itẽ mobile maſculinum & reſpicit caput in eo Sol exaltatur et eſt domus Martis de Tauro ſigmentum Genolõdiæ Rex Heuropã maxime pulcritudinis filiam habuit,hæc cum a Ioue in Taurum conuerſa rapta fuiſſet in ſignum amoris cantus in cœlum aſſumpta eſt , & inſidus conuerſa Alii poetantes dicunt hãc fuiſſe Yſidis imaginem quæ in Vaccam fuit conuerſa,et quia huius ſigni poſteriora latent

dubitant an ſit Mas ſiue Femella, ideo Ouidius Vacca ſit an Taurus non & dignoſcere prūptum, in hoc ſigno Sol potentior efficitur, item eo tempore Tauri aratro ſubmittuntur ut terram euertāt & homines ad labores diſponūtur, hoc ſignum eſt principium terreæ triplicitatis frigidæ complexionis et ſiccæ, item fixum femininum reſpicit guttur & collum, in eo Luna exaltatur & eſt domus Veneris, de ſigno geminorum polux & caſtor ex Ioue in ſignum conuerſo & leda Tindari regis uxore uno ouo geniti fuerunt qui cum uirtute ac rebus a ſe præclare geſtis tota gratia claruiſſet in ſignum geminorum conuerſi ſunt, quod figmentum alio loco præclare demonſtrauimus. Similiter Helena & Clitēneſtra uno ouo genitæ fuere & in duo ſidera conuerſa, in hoc ſigno ſolis calor geminatur & uegetabilia omnia manifeſte pubeſcunt et germinantia uidentur, hoc ſignum eſt principium triplicitatis aereæ calide complexionis et humide, item maſculinum commune reſpicit brachia & humeros & eſt exaltatio capitis Draconis & domus Mercurii, de Cancro Tauro Saturni & Phœleris filio. Cum ſuper aquoſum litus incederet Cācrum immenſe magnitudinis pedibus cōpreſſit, hic autem Chironem momordit qui grauius ferens Cācrum interfecit & ob præclarum facinus in cœlum aſſumptus eſt et in Cancri ſidus conuerſum. Cum ergo Sol ad ſignum Cancri peruenerit autumnalem æquinoctium ſe conuertit. Quare in modum Cancri retrograditur, hoc ſignum eſt principium triplicitatis aqueæ frigidæ complexionis et humidæ, itē mobile fœmininum reſpicit pectus, et eſt exaltatio Iouis

&

& domus Lunæ,de Leone ruſtici inimenea ſilua cum deos et maxime Ioue negligerēt ac ſpernerēt, Iupiter illis iratus Leonem immenſe magnitudinis admiſit qui homines perdebat & greges ſpargebat, cumque eos longiori tempore oppræſiſſet Herculem aduocauerūt qui feras omnes domuerat,hic cum Leonem interfeciſſet in cœlum aſſumptus eſt et inſidus conuerſus,Sol enim cum in Leone continetur æſtuoſus magis apparet & res omnes ſua caliditate exurit, hoc ſignum eſt triplicitatis ignæ calidæ complexionis et ſiccæ,item fixum maſculinū & reſpicit cor,prætereа eſt Solis domus & in eo ē aux Martis,de Virgine,Icarus ſacerdos Bachi Athenienſis Regis cum uenatum iſſet ruſticis & uenatoribus uini potum dedit qui ebrii facti uenenum ſe ſumpſiſſe putabant,quare Icarum interfecerunt & ut ſcelus lateret in profundum puteum illum præcipitarunt,Canicula quæ in eo erat Erigone filiæ quia iuſtitiæ illorum ſcelus ſignificauit,heæ cum ad puteum conueniſſent flentes perierunt,puella & canicula inreptæ fuerunt & in ſidera conuerſæ,puella in Virginē & canicula in quandam imaginem quæ in eo ſigno cōtinetur.Sol enim cum eſt in Virgine omnis terra eſt ſterilis & dies caniculares dicuntur qui ſuo calore corpora ægre faciunt & ad mortem multa uiuentia diſponuntur, hoc ſignum eſt triplicitatis terreæ frigidæ complexionis & ſiccæ,item commune fœmininum reſpicit membra naturalia & præcipue inferiora,eſt.n.exaltatio Mercurij & ipſius domus,de Libra,in bello Thebano Palas & preclari quidam dii Græcis opem tulerunt,Sed Bachus & uolu-

ptuoſi quidam dii Thebanis fauebant cum inter hos deos diſcordia exorta eſſet qui iure belli præferri deberent Iupiter in parnaſo monte conſcendit prope ciuitatē Thebarum & auream Libram ſiniſtra manu tenebat et dextera euaginatū Gladium, Cumque Thebanos oppreſiſſet & Græcos extuliſſet, aurea Libra ad ſidera euolauit & inſidus conuerſa eſt. Cum Sol eſt in libra dies noctibus æquantur & tempus illud nullo exceſſu participare uidetur, hec ſignum eſt triplicitatis Aere calidæ complexionis & humidæ, item mobile maſculinum reſpicit umbilicum & renes, et eſt exaltatio Saturni et domus Veneri, ſde Scorpione, Chirō cum filio per ſiluas uenatum ibant, Sed ſcorpio inſolite magnitudinis Chironis filiū pe::mit Chiron uero ſaggittator optimus ſcorpionem uulneribus occidit, quare Scorpio in cœlum aſumptus eſt, uel aliter Neptunus Mercurius & quidā alii dii, Hempheum ruſticum hoſpitati fuerunt, quos ut digne ſuſcipēret unicum Bouem interfecit ut diis epulas pararet, dii uero qui ultra ſuſcepta munera maxima præmia conferunt, quam expoſceret gratiā Hēpheo policiti ſunt, Qui cum prole careret filium petiit, dii bouinum corium ſia. præferunt in quod dii omnes minxerunt & plenum ſepeliuerunt, poſt menſes nouem natus eſt orion quaſi ex urina genitus qui uenationibus intentus Dianam inſequebatur ut eam uiolaret, hæc autem deorum iuſſu ſcorpionē genuit qui cum orione certaret ambo per empti ſunt & in cœlum aſſumpti & in ſidera conuerſi. Cum Sol eſt in Scorpione tempus uenenoſum efficitur & maxime cum ad finem, quia ſcilicet ad ipſius caudam perue

nerit, eo præterea tempore frigus præualidũ efficitur, hoc ſignum eſt triplicitatis aquaticæ frigidæ complexionis & humidæ, item fixum fœmininum, reſpicit genitalia pudenda & ueſicam & eſt domus Martis & Lunæ depræßio nulliuſque planetæ exaltatio, propterea eſt ſignum malum, de Sagittario Chiron ſagittator optimus magiſter Achilis & Heſculapii enutritor, cũ Scorpionẽ ſuperaſſet & filium liberaſſet diuinitatem promeruit, quare in cœlum aſſumptus inſidus conuerſus fuit. Cum ſol eſt in Sagittario emittuntur niues & pluuiæ ſicut ex arcu ſagittæ, hoc ſignum eſt triplicitatis igneæ quia calidæ complexionis & ſiccæ, item commune maſculinum reſpicit fœmora & coxas & exaltatio caude Draconis & Iouis domus, de Capricorno Saturnus cum ab auguribus accepiſſet quòd haberet filium qui eum regno priuaret, iußit Opi ut filios mares necaret, quare Neptunũ in mare ſubmerſit & Plutonem in occultis terræ uiſceribus, Iouis autem miſerta cũ eſſet admirabilis pulcritudinis Alamanteæ capræ alendum tradidit, poſtea uero ꝙ illum nutrierat in cœlum aſſumpta fuit & inſidus conuerſa, cum Sol eſt in Capricorno non poteſt magis in altum ferri ſed deſcendens tendit uerſus æquinoctium uernale, hoc ſignum eſt triplicitatis terreæ frigidæ complexionis & ſiccæ, item mobile fœmininum reſpicit genua eſt Martis exaltalio & domus Saturni, de Aquario Ganimedes Troili regis Theucrorum filius quia maxime pulcritudinis a Ioue in Aquilam conuerſo raptus eſt, nam cum Heles Iunonis alumna & Iuuentutis Dea prius eſſet deorum Picerna, ſenior autem facta ab eo

magiſtratu depoſita et Ganimedes Ioui pocula miniſtrabat, quare inſidus a Ioue conuerſa eſt, cum Sol eſt in aquario maxime aquarum copiæ a nubibus effluunt hoc ſignum eſt triplicitatis Aereæ quia calidæ cōplexionis & humidæ, item fixum maſculinum, reſpicit inferiora crura et eſt Saturni domus in qua plurimum gaudet, de Piſcibus cum Iupiter & gigantes ſæuo Marte pugnarent Venus & cupido ad littora paleſtinæ regionis confugerunt et timentes ne Typhœus gigas eos inſequeretur ſed in mare proiecti a duobus Piſcibus aſſumpti et ultra mare transfretati ſunt quos Piſces Iupiter animaduertens in cœlum eos aſſumpſit et in ſidera conuertit, cum Sol eſt in piſcibus aſſumptæ multæ pluuiæ apparent et aquæ plurimum intumēt, hoc ſignum eſt triplicitatis aqueæ, quia frigidæ complexionis et humidæ. Item cūmune hoc ſignū eſt triplicitatis aqueæ reſpicit pedes, & eſt Veneris exaltatio & Iouis domus.

De Hercule & cæteris uiris fortibus. Cap. XXXVI.

HERCVLES Iouis & Alcmenes filius & Alcei nepos cum omnes homines uiribus ſuperaſſet ab Hicle ſuperatus eſt, ut Neere atq; cæteras muliebrias artes facere cogeretur uiri quidem fortes ſingula audent & omnes labores ſuperant. Solummodo a mulieribus ſuperantur, nam ipſorum uires debili-

tant & gloriam ac eorum dignitatem ſuppeditant præclara itaque Herculis et cuiuſque uiri fortis geſta connumeremus, Antheus gigas & terræ filius a matre acceperat ut quotiens ſuccumberet uires geminaret, Hercules cum uirium Anthei periculum frequenter feciſſet ſupra pectus illum continuit ne terram tangeret, quare cum Antheus matris ſuffragiis caruiſſet ab Hercule ſuperatus eſt. Moralis expoſitio Hercules id eſt Heriſcleos quod uirorum fortium gloria interpretatur & Iouis parentis, quia ab inferiore igne fit corporis ualitudo ex quo præſumptio et animoſitas naſcitur. Sed a Ioue ſupercœleſti dignitas atque præſtantia & Alcmena matre id eſt falſum quòd ſapientia interpretatur & Alceo quod eſt, præſumptio naſcitur, Hercules quia uirorũ fortium gloria atque præſtantia, hæc ab iole ſuperatur, quæ umbilicus ĩterpretatur, libido enim quæ ĩ umbilicis mulierum pſpicitur & continetur omnem uirtutem ſuperat et gloriam et hominis dignitatem ſuppeditat. Quòd aũt Hercules Anteum ſuperauit Antheo cõtrarium dicitur, quòd ex terra naſcitur quia libido omnis a terra ortũ accipit et ab ea uiridior ac ualidior ſemper exurgit. Sed dignitas uirtus ac hominum fortium ſapientia has uoluptates in altum eleuat ne a terra uires ſuſcipiant, quare libido et uitia omnia uiribus carentia iñ ſapientis pectore pereunt, nam ſapientes maiorem cum uoluptatibus et uitiis quam cum hoſtibus bellum gerunt, propterea dicit Propheta, ab occultis meis munda me et ab alienis parce ſeruo tuo, Chacus Vulcani filius ignẽ ac fumum ore uomebat, quod ideo fictum, quia Chacus

Euandri nequiſſimus ſeruus atque perfidus fur igne agros uaſtabat, hic ab Hercule boues clam furto ſurripuit quos per caudam in ſpeluncam traxerat ne pedum ueſtigia quiſpiã inſequeretur. Sed Hercules qui patris fortitudine omnia audebat et ſapientia matris omnia nouerat Cachi guttur atque pectus compræſſit ut fumum ac nebulam euomere cogeretur. Hercules quia præclara hominis uirtus Cachum quia malum facile ſuperat et fumum & nebulam euomere cogitur, qui uiſui plurimũ nocent, quia malitia occulta ſemper deceptiones emolitur. Malitia enim quælibet multiformis eſt neque ſimplex apparet, item æſtuoſa animi cogitatio fumum quia malam operationem euomere longius curat malitia tamen tripliciter nocere ſolet, nam potentiores Tyranni manifeſte offendunt ſed uerſuti homines pernitioſa fraude fures autem occulte hos boues euerſis pedibus ducũt quia furta omnia, per auia ducuntur, nemo enim ad prædam recta incedit uia. Admetus Græciæ rex Alceſtem in coniugium petiit, ſed ipſius pater iuſſerat ut nemo illam in coniugem haberet niſi duas feras diuerſarum naturarum currui ligaret, Admetus Appolinem et Herculem cõſuluit, Alter itaque aprum alter Leonem obtulit quos ipſi currui aligauit ita quòd et uxorem promeruit, cũq; pernitioſo morbo admetus laboraret Appollinem conſuluit quo pacto mortem euaderet cui Appollo. Si quis pro eo mori inſtitueret uxor admetum morte liberaret mortem Sponte ſuſcepit. ſed Hercules cũ ad inferna deſcendiſſet et Cerberum triplici cathena ligaſſet ex inferno illum traxit. Admetus quia acer metus alceſtem,

quia præſumptionem in coniugium petit timida uero mens ſi animoſitatem cupit neceſſe ut duas feras currui aliget quia duas ſibi uirtutes adiungat Leonem quia for tem et conſtantem animum & aprum qui corporis ro= bur, quorum alterum ab Appolline quia Leonem et alte rum ab Hercule quia aprum ſuſcepit Cumque mens timi da peritura eſt præſumptio ſe morti exponit. Sed præ= clara uirtus triplici cathena Cerberū aligat quia corpo ris robore et animi fortitudine atque prudentia omne uitium ita adligat quòd prauus peccator nunquam libe re uirtuti reſtituitur, Alceſtem ex inferno liberat, uel a= liter Admetus quia rationalis anima Alceſtem in cõiu gem cupit, quia uirtutem quæ duabus feris currui ali= gatur, quia per appetitum iraſcibilem et concupiſcibilem uita noſtra rotatur. Quòd ſi anima noſtra ægra uitiis quandoque fit, neceſſe ut ab Hercule perdita uirtus re= uiuiſcat et Cerberus triplici cathena ligetur, quia tria ſunt quæ homines perditos faciunt concupiſcentia ocu= lorum ſuperbia uitæ atque carnis concupiſcentia: Hæc tria uitiorum genera tribus oppoſitis uirtutibus aligan tur, Hercules in conſtellationem in flammati conuerſus eſt qui duodecim ſtellas habet ut duodecim præſtantes magis labores ſignificaret quos Hercules tolerauit, hæc conſtellatio eſt de natura Iouis et Saturni quæ maxima policetur, Quamuis Herculis nomẽ ad præclaros et for tiſſimos homines referatur illum præferemus qui labores multos tolerauit, Amphitrion Alcei filius cum ex The= bis aduerſus Thelobeos bellum ageret ut fratris mortẽ ulciſceretur Iupiter qui amore Alcmene aliquandiu ex=

arſerat Amphitrionis formam aſſumpſit et tribus diebus cum ea concubuit, ex Ioue igitur Herculem concepit et ex Amphitrione Hiphicleũ alter rebus a ſe præclare geſtis claruit alter uero ignauia periit, per hoc quidem figmenuum ſignificare uoluimus quòd cœli diſpoſitiones maxima et præclara hominibus tribuunt neque aliter mulieres conueniunt et in eis uirtualiter infundunt quam uiri materialiter, quia præter manifeſta generationis principia etiam ſiderum uirtutes concurrunt quæ aliquando præclara et aliquando nephanda rebus genitis policentur, propterea Almanſor, Stellæ fixæ dant dona grandia quæ ut plurimum ad malum terminantur, quia niſi homines has cœli maximas ſiue præclaras fortunas ſumma uirtute ac prudentia regulent facile pereunt, ideo tres dies pro huius præclari hominis conceptu Iupiter inſudauit, ut ſignificetur quod multa quandoque ſecula prætereunt anteá quàm cœli uirtus magna pro unius et maxime præclari hominis generatione ſufficiat, ſicut Noe neque Moyſes illæ optimis ſideribus et fœlicibus auſpitiis concepti ac geniti fuerunt. Similiter ſi hos cœli influxus ad gentiles homines referemus, Hercules Ariſtotiles Alexander tantum a ſideribus acceperunt quantum conferri hominibus potuit, Ideo Auicena et multi philoſophantes maxima noſtris mentibus infuſa ex uiribus ac maximo ſiderum poſſe arbitrabantur quæ animas nobiles efficerēt quibus ea uis ſicut ſtellis ineſt et hos homines poſſe ac perfectione ſideribus æquabant. Sed Poetæ illos in cœlum aſſumptos uolunt qui poſt ſidera geniti ſunt et ab eis uitam ac corruptionem acceperunt

perunt

perunt. Nunc quoſdam præclaros Herculis labores ue-
rificemus, ſuperi cum gigantibus bellum gererent in cœ
lum oēs conuenerunt ut aduerſantes hoſtes impugnarēt
ne igitur cœlum deorum preſſura rueret, Athlas hume
rum ſuppoſuit quod cum aliquandiu ſuſtuliſſet onus
in Herculem detulit donec Atlas laſatas uires reſume
ret, Athlas cum ſiderum rationes profunde nouiſſet
Herculem docuit qui poſtea non minus clarus euaſit.
Hac itaque ſupercæleſtium & diuinarum rerum cogni
tione multas feras fugauit multa etiam monſtra ſupera
uit, ideo Cerberum ligauit quia omnes cupiditates &
omnia uitiorum genera cōtempſit, etiam Ditem in infer
no uulnerauit, quia omnis auaritia per ſapientis libera
litatem uulneribus ceditur, et timentem Theſeum poſt
Pirithei mortē ex inferno ad ſuperos duxit, quia Pirithe
us cum Centauris ſæuum bellum gerebat poſt autem ip
ſius mortem Theſeus audentior factus Centauros ſupe
rauit. Similiter Alceſtem ex inferno liberauit, quæ pro
uiri ſalute uita ſponte deceſerat quia ſplendor ac ſapien
tum dignitas omnem timorē ex animo propellit Quòd
autem duos Leones alterum Theumaſium & alterum
Nemeum ſuperauerit. Item immēſum Aprum Menaliū
quia has feras pro conſuetudine uenantium interfecit,
uel principes audaces ut Leones uel proteruos ut apros
debellauit, ideo pellē tulit, quia maximam gloriam pro-
meruit. Quod aūt arpias fugauit quia omne genus ra
pinæ a ſapiente fugatur, raptores enim aliena concupi-
ſcunt, poſtea uero fraude atque ui rapiunt deinde rapta
occulte ſeruant, heæ Arpiæ Virgines apparent quia ſte-

riles ſunt & omnia fœda quia rapta & raptores tur piter fœdantur. Ceruos etiam Aeneos pedes habentes & cornua aurea ſuperauit, quia ſapientum gloria ante cœlit, propterea iuuentus uiro ſapienti in uxorem tradi ta eſt, quia licet ſapientum corpora pereant tamen ho nor & ipſorum gloria iuueneſcit, Taurum ex Athica regione ferociſsimum ſuperauit quem Theſeus ſuperare uix potuit, nã beſtialitatẽ quæ homines frequenter ſupe rat Laberinto introcluſit ubi ſæui ac immanes homines continentur ne ſapientis ullas actiones corrumpãt, Ache loi cornufregit quòd copiæ dedicauit, nam agri qui ob uaſtas aquarũ eruptiones ſteriles erant fertiliores ſunt facti, Diomedem etiam Thratiæ rex qui hoſpites necare conſueuerat & feris edendos tradere ab Hercule occi ſus eſt, & Buſirides qui poſt ſplendentes epulas hoſpites aduenasque necare ſolebat Herculis ſuffragijs ab hoſpi tibus necatus eſt, & Anteum terræ filium cum in Lilia turpiter imperaret illum ſapientia & Herculis dignitas ſuperauit, item a puellis Heſperiis aurea mala ſurripuit Dracone interfecto qui ea cuſtodierat, Balteum etiam reginæ amazonum Heuriſteo regi reportauit et Centau ros bello ſuperauit, quia Hpodamiã die qua nuptiæ cœ lebrarentur ſurripere furto inſtituiſſent, & Neſum in terfecit qui Deianirã Herculis coniugiem uiolare cu piebat et Lotenium qui omnem Italiam furto deuaſtaue rat ſæuo duello interfecit et quo in loco illũ necauerat tẽ plum Iunoni maximum edificauit ut ſignificaret quan tum latrones deos negligunt tantum a ſapientibus glo ria & maximis laudibus extolluntur, præterea Hercu

les cum maximis inſidiis a Iunone oppugnaretur duo ſerpentes miſſi fuerũt ut illum interficerẽt infantẽ quos teneris manibus ſuſcepit et illos iterfecit, poſtea uero cũ adoleuiſſet Iunoni reconciliatus eſt, ſapiens enim extrema uitia ſuperat quæ tanquam ſerpentes hominibus aduerſantur et maxime auaritiam, & prodigalitatem quæ Iunoni pernicioſæ famulantur ad expugnãdas feras & immanes principes miſſus eſt & multæ aduerſus eum inſidiæ fiebant ne Heuriſteum regno priuaret. Sed ſapiẽs ſeipſo contentus diuitias negligit, quare Iunoni reconciliatur erat, etiam Ydra quædam iuxta argiuorum paludem quæ ſeptem habebat capita cui cum unum amouebatur de hinc tria oriebãtur, Sed Hercules cũ animaduerteret unde hæc capita naſcerentur omnia pariter admouit per Ydram locum intellexerunt unde multæ fluebant aquæ agros et omnem regionem tortuoſo iceſſu uaſtantes, quare Hercules omnia uicina nemora exarſit & aquarum fluxum prohibuit etiam aquæ ſtantes regiones inficiebant, cum autem in modum Ydræ ad diſtantia loca deflluerent incolumes fiebant Præterea cum Hercules ad extremum occidentis litus transfretaſſet columnas erexit ne quis longius pergeret neque ſolum nautis leges impoſuit ſed omnibus occidentalibus ſuæ uitæ modum inſtituit, nam quæque uirtus paucitatis & multitudinis terminos habet, qui enim diuitias ultra uires effundunt prodigi, Qui uero has plurimum continent auari, ſed liberales in medio continentur et uerſus extrema ſibi terminos præfixerunt. Similiter præſumptuoſi omnia audent ſed timidi difficilia quæque uerentur fortes medio-

criter omnia profitentur & timendorũ & audendorum ſibi termlnos inſtituunt neque hos omnes unius Herculis fuiſſe labores exiſtimandum eſt ſed multorum, is ergo qui precæteris omnibus claruit Iolem uxorem habuit Heuriſtei regis Theſſaliæ filiam, quam cũ Heuriſteus ſuaſu filii Herculi denegaſſet, quia Deianirã uxorẽ ſuam primum interfeciſſet hic urbem inuaſit quam cum bello ſuperaſſet regem interemit et Iolem accepit cuius tanto amore detinebatur, ut omnem uirilitatem exueret & muliebres mores publice profiteretur. Hercules cum in Calidoniam prope flumen hebenum cum Deianira ueniſſet quo in loco Neſus Centaurus & uir fortiſſimus impraabat tantum intumuerunt aquæ ut Hercules cum Deianira transfretare non poſſent, quare Neſus Deianiram humeris ſuſcepit & ut transflumen illam ferret quã cũ turpiter obtractaret, Hercules uenenoſis ſagittis illum uulnerauit, qui cũ ſe moriturum noſceret ſuo cruore Herculis linterulam tinxit quam Deianire dedit ut ſi Hercules illam aliquando indueret nullius alterius amore teneretur quem cum magno Iolis amore ardeſcere intueretur, linterulam obtulit in qua cum uenationibus & aliis laboribus incaluiſſet, Herculem infecit ut carnes cum ueſte pariter exciderẽt, quare amens factus in Oetã montem altiſſimum cõſcendit & arcum et ſagittas Philoteti Philoſt. filio donauit, poſtea rogum inſtruxit ubi tanquam uiuere amplius nolẽs ſe præcipitauit. Multæ horum figmentorum partes expoſitionem exigerent ſed ex hiis quæ ante præmiſimus, hæc clare conſtabunt uerũ hoc arbitrari facile poſſumus uel quod ordinatiſſimo

coitu perierit,uel uenenis infectus amens exarſerit,fuit & alius quidam antiquiſſimus Hercules & Iouis filius qui cum Appolline de Tripode aliquandiu certauit,quòd ideo fictum arbitror quia diuinationi & Appollinis ſtudijs operã dabat.Fuit & alter Hercules quẽ Thirii cóluerunt & Cartaginis patrem illum tradunt,quia Carthaginenſes Herculẽ uenerabantur,uel quia eius loci primus fundamenta ieciſſet,tantum itaque apud ueteres Hercules claruit, obſeruabatur ut inſidus conuerſum illum opinarentur et omnis Græcia,poſtea Romani tanquam diuinum numen Herculem uenerabantur.

De gloria & meritis ſapientum. Cap. XXXVII.

PERSEVS Aſiæ potentiſſimus Rex et totius Græciæ præclarũ Decus Iouis & Daphnes Acriſii regis filius in Africã clarũ ſuffragio trãſfretauit ubi magnum ſibi uendicauit imperium,cũ animaduerteret Phorci tres fuiſſe filias Stenionẽ Heurialem & Meduſam omnes unum habentes oculum & cùm altera uidere uellet oculum ab altera mutuo accipiebat,cumque aliquem intuerẽtur in lapides illos cõuerterunt,Perſeus ut has facilius impugnaret & monſtrum hoc ex hominum oculis amoueret, Paladem conſuluit a qua ſcutum atque lanceã ſuſcepit et a Mercurio talaria ut curſũ properaret,hii præterea dii illum admonuerunt ne Meduſæ ac ſororũ

faciem niſi interpoſito ſcuto intueretur illarumque capi ta omnia pariter amoueret, quoniam ea ſibi uis eſſet ut inſpicientes in lapidem uerterētur & uno amoto capite tria ſubito naſcerentur, Perſeus Paladis ſuffragiis Meduſam ſuperauit & caput manibus ferebat quod Athlas Rex inſpiciens maximo timore compulſus aufugit & fugiens in lapidem conuerſus, ex ſanguine Meduſæ qui defluxerat natus eſt Pegaſeus, quia æquus alatus quē cum Perſeus conſcendiſſet ad Parnaſum montem euolauit. Cum autem ad cacumen perueniſſet ungula terram amouit & muſis ampliſſimum fontem aperuit ex quo Poetæ omnes exaurire melliſluas aquas potuerunt, ad hunc æternum fontem ſapientes omnes conueniunt indeque ſibi alimenta ſumunt, nam prope ciuitatem Athenarum erat mons cuius duo in altum eminentiſſimi colles ferebantur, alterum Phœbo et alterum Bacho ſacrauerant & ceteriſque diis maximum templum edificarant. In medio autem colium & loco decliuiori erat amenißimus fons ad quem incolæ ſiue refectionis ſiue recreationis cauſa in eum locum conuenerant. ſupra montem quem Phœbo ſacrauerant ſpeculatiuis ſcientiis homines intendebant, & ſupra montem Bachi practicas artes operabantur, ex hiis montibus aquæ defluebant, a quibus amenißimus atq; ſaluberrimus fons in locis medis ac decliuioribus apparebat, prope fontem erant florentes ac uirentes agri quos poetæ et quidā minus præclare Philoſophantes Eliſios uocant; in hiis docti ac eruditi homines conueniebant & omnes ſuarum diſciplinarum rationes efferebant & diſeptantes pro more diſpu-

tantium doctores abibant. Quiſque præterea ſuorum ſtudiorum rationes exquirebat, nam qui ſpeculatiuis ſcientiis operam dabant Appollinem conſulebant a quo diſciplinarum rerum clare aliquando reſponſa capiebãt, qui uero peripaticis artibus uerſabãtur a Bacho Libero patre opẽ exquiribant, has itaque corporis maximas uoluptates ad animi præclara ſcientiarũ et artium ſtudia referebant, nam quales corpora delitias nouiſſent tales ſe animabus habituras putabant, quare poſt mortem ſecundum eorum opinionem qui animas incorruptibiles faciunt in eum locum conuenerant earum rerum ſcientiam habituri quas cum uiuerẽt ſtudioſius iquiſiuerant, in hunc præterea locum omnes præclari & minus clari homines conueniebant ſi uirtuoſam ſi benemeritam uitam egiſſent. Cæterorum autem hominum ignauas mentes ab hiis locis ſemotas faciebant & plura tormentorũ genera inſtituerant ſicut ante prædiximus. Moralis expoſitio, Perſeus Iouis filius fuit pro uirtutis excellentia & dignitate qua claruit ſed ex mortali matre genitus eſt, quia omnia præclare geſta etiam a cæteris principibus fieri potuiſſent, hic autem ut Africæ imperaret multis nauibus in eam regionem transfretauit, ideo alarũ ſuffragio, quia naues ſupra mare ſicut aues ferũtur & loca & ſorores illas uiribus ſuperauit, quæ ideo unũ habere oculũ traduntur & homines in lapides conuertere, quia maxima illis pulcritudo inerat neque multum forma diſtabant quas cum homines intuerentur & ipſarũ formarum tanquam amentes & ignaui fiebant & ſicut lapidei nil humanum poſt ſe ferebant, ueruntamen ſoro

res illę præter ipſarum decentiam maximis diuitiis aflue bant & maxima inter ſe pace fruebantur et Meduſam omnibus rebus præferebant,quare ipſius oculum in alias transferebāt,propterea neceſſe fuit ut Perſeus Paladis ſuffragiis uteretur lancea ut illas inpugnaret & ſcuto ut aduerſantia repelleret, & cū Mercurio Talaria mutauit ut actiões omnes bellicas properaret,quòd propterea illas per ſcutum intueretur quia ſapiens quilibet mulierum aſpectu ſuperatur & uerbis et omnibus rebus a ſe geſtis fallitur.Has itaque gorgones,quia terræ cultrices et diuitiis afluentes cum Perſeus uirtute ac ſapientia ſuperaſſet etiam Atlantem regno fugauit quia maxime diuitiarum copiæ quas ab iſtis ſuſceperat cæteros principes ad montes & incul a loca fugabat. Ideo in lapides uertebantur ex ſanguine Meduſæ natus eſt Pegaſus quia æquus alatus, nam tantam dignitatē ac gloriam uictor ille promeruit ut poetæ ac ſcriptores omnes præclara quæq; ab ipſo geſta ſcribere cogerētur,& ideo alatum illum æquum perſeus conſcendit, quia nihil fama uelotius & ad Parnaſum mōtem euolauit ubi poetæ atque philoſophantes omnes Phœbo miniſtrant & ab eo rerū literis tradēdarum eruditionem accipiunt,propterea Perſeus ſiue alius quiſcūque præclarus uir a Parnaſo mōte terram amouerit fons naſcitur, quia res omnes & ſi paruæ ſint a poetis magnæ ac præclare fiunt atque traduntur,quia ea uis præclaris oratoribus in eſt ut quo uelint audientium mentes flectere poßint, ideo mōs ille duos colles habet,quia cuiuſq; hominis uita duobus modis ad ſublimia fertur uel ſciētiis ſpeculatiuis uel

practicis

practicis artibus quæ ſibi inuicem præſidiũ ferunt, propterea unus ex geminis collibus fons naſcitur, quia ſpeculatiuæ ſcientiæ practicas erudiunt artes & praxis ſiue operatio quælibet ſcientialem habitum confert & perficit, ideo præclare quidã philoſophantes omnem ſciẽtificum habitum & Theoricũ et practicũ eſſe uoluerũt & omnem operationẽ extrinſecam Theoricã et practicam diffinierunt, nam habitus quilibet intellectualis ſi ad ſcire tantummodo referatur Theoricus dicitur, Si uero ad extrinſecam operationem uel intrinſecam referatur eſt practicus. Similiter extrinſeca operatio ſi Theoricæ cõſideretur ſcientialem habitum in anima generat, ſi practicæ, artem, unus itaque eſt artium et ſcientiarum fons ad quem omnes diſciplinarum profeſſores adeunt & ab eo alimenta ſuſcipiunt, ideo quidam rebus a ſe præclare geſtis, & quidam rebus a ſe præclare cognitis perpetuam a poetis uel cæteris ſcriptoribus gloriã expoſcunt. Niſi enim quæ geſta ſunt literis traderentur omnia ueterum perpetuo memoranda ſiue facta ſiue dicta periiſſent, in altero ergo collium ſcientiæ omnes ſpeculatiuæ a philoſophatibus profitentur Appollinis ſuffragiis quem liberalibus omnibus diſciplinis præfecimus, in altero res omnes practicæ a ſuis profeſſoribus traduntur, Bachi tamen ſuffragiis quem militari et cæteris mechanicis artibus præfecerunt, præclari itaque homines qui hiis collibus uerſantur fontem exhauriunt eſt enim fons rerum geſtarum perpetua quædam traditio, florentes ac uirentes agri ſunt otium literarum & artium, nam poſt longas ſpeculationes ſiue actiones quiſ

que rerum ſuarum uoluptatem capit et has literis tradendas cupit, & quia non multum animas a corporibus differre poetæ omnes arbitrabantur, cum philoſophari nondum præclare cepiſſent, ideo & uoluptates & diſcrimina omnia quæ corporibus tribuebant pariter & animabus, propterea quaſdam animas in inferno tormẽtis afligunt & quaſdam in hiis uel aliis Eliſeis cãpis ſumma recreãt uoluptate. Sed chriſtiani, hæc clarius tradiderunt, ſicut in ſecundo libro clare mõſtrabimus. Quidam tamẽ figmentum hoc aliter interprætantur p. Gorgonem terrorem intelligunt. Tres autem filiæ ſunt tria timoris genera, Stemon quia terroris initiũ mentis quãdam debilitatem ſignificat, Heriale, quia lata profunditas ſtuporem et amentiam noſtris mentibus inſerit, Meduſa, quia profunda obliuio mentem turbat & caliginẽ ingerit ut uel recte dignoſcat. Sed Perſeus quia hominis præclara uirtus Mineruæ ſuffragiis, quia per ſapientiã quæ cœleriter a Mercurio uehitur terror omnis amouetur & tria hæc terrorum genera interficit, quare uir ſapiens maximis laudibus atque gloria illis ſuperatis extollitur. Morale figmentum Prætus uxorem habuit Anuam quæ Bellorofontem plurimum dilexit, hæc cũ Annuam ab eo petentem cõcubitum repuliſſet, Prætus accuſatus eſt, quare ad interficiendum Chimeram tranſmiſſus fuit. Sed Bellorofons Pegaſeum alatum equũ conſcendit cuius uiribus adiutus Chimeram interfecit Prætus ergo ſordibus, et Anua contrarium interpretatur, nam libido uirtuti plurimum aduerſatur ſed Bellorofons, quia uirtus libidini aduerſatur & ad occidendũ

Chimeram mittitur quæ amoris fluctuatio interpretatur. Qui ergo libidinem negligit contra amorem pugnam ſuſcipit, ſed a Pegaſeo iuuatur, quia ſi hominis uirtus ſapientiam conſcenderit Chimeram et monſtrum omne ſuperabit. Quia etiam uitium omne monſtruoſum exiſtit, quia aut Pegaſus ſit Neptuni æquus, ideo fictum quia Pegaſus, idem quòd fons a quo flumen effluit, hoc autem in modum æquorum curſum properat, modo Neptunus fluminibus dominatur & illa quandoque conſcẽdit. Nunc rationẽ Chimeræ breuiter inquiramus quæ mõſtruoſum animal a poetis et cæteris philoſophis diffinitur, nam caput habet Leoninum uentrem Caprinum et caudam ſerpentinam quaſi cuiusque rei tria ſint tempora, principium medium & finis, Quòd ſi ad amorem referemus, primus amor tanquam Leo homines inuadit, ſecundus ut Capra hominẽ inſequitur, eſt enim libidino ſæuũ animal quod nunquã uoluptates deſerit, poſtrema pars eſt serpentina, quia conſcientiæ aculeus mentem ſumopere pungit. Quidam huius figmenti ueritatem ſic oppinantur, in Sicilia eſt ardentiſſimus quidam mons in cuius ſummitate multi Leones inhabitant, circa medium ſunt caprarum paſcua et multorũ gregũ prope decliuiora loca ſunt, ubi ſerpentes habitant, igitur montem bellorofons habitabilem facit, ideo Chimeram dicitur ſuperaſſe.

De Bacho & uiris incontinentibus.
Cap. XXXVIII.

SICVT homines per uirtutem ad ſidera feruntur, Similiter per uitia ad infima conteruntur, ergo quē poetæ uiribus præfecerunt diuinitatem promeruit, quia uini uſus quoſdam p̄ficit et quoſdam inficit ſiue corrūpit, philoſophi ergo fide caruerūt, omnia in meliores hominū mores retulerunt, ideo præclara Bachi animaduertentes ipſum deificant ſed turpē ebrietatē et quæcunq; hominū nephanda turpi ignauia fieri arbitrabantur. Bachus ergo Saturni & Opis filius cum in parentes aliquando ſæuiſſet a regno abdicatus eſt, quare nullū ſic cæteri deorū regnū promeruerūt ſed quaſcūq; p̄uincias arte excoluiſſēt has ſibi proprias uēdicabāt, nā cū apud Lemnū Græciæ immenſum lacum genitus fuiſſet, ignē conſcendit ut leuior atque ardentior fieret, et in Indiā profectus Indos ſuperauit & quaſcunq; prouincias adierit has uiribus debellauit, hic a Maratone nutritus et Iuuenis ac nudus ſemper incedit & ignibus inſidet, et Mœnades Nimphæ ſibi ſemper miniſtrant, et Linces et Pantheras tanquā inſignia defert, et frōdibus hædere aras atq; ſacra Bacho parātur, Ligurgus iuſtiſſimus ac continētiſſimus rex Bachi diuinitatē neglexit, quare uites amputari fecit. Sed Bachus illi crura admouit, Bachus ſicut cæteri dii plura nomina promeruit, quia Liber Leneus Deorū pater Hiachus Heutheus Briſeus. Moralis expoſitio in tertio li-

bro quē de regimine ſanitatis cōſcripſimus uini rationē, itē iuuamenta ſingulaq; nocumenta enarrauimus. Nunc *aūt generalia quædā breuiter reſumemus.* Vinum ergo li*quorem diffiniuimus ex ſuccoſis uuis expræſſum cæteris liquoribus naturæ humanæ magni accōmodatū, uirtus enim quælibet tantum uoluptuatur ex uino ut ſit cibus potus & medicina, nulla quidē res tantū corporibus noſtris præſidium fert ſicut uinū, quia teſte* Galeno *omniū cito & facile nutriētium uinum eſt, corpus enim humanum ex conuenienti uſu ad melius diſponitur, et mens noſtra moribus ac doctrina perficitur.* Ideo Saturni *filius quia ſapor odor liquor & ipſius ſubſtantiæ modus uitibus diuinitus infūditur, et ex Cibele deorū matre naſcitur, nā ex terra uites generationem atque incrementū accipiunt & quia natura & ars pro uitis generatione conueniunt, ideo quædam loca fertiles uites generāt & quædā ſumopere culta ſunt ſterilia, & quia in locis ubi uini ē maxima copia homines propter abuſum inſaniūt ideo in parentes eum ſæuiſſe tradunt.* Saturnus *etiā apud* Leneum Græciæ *immenſum lacum uites colere docuit, et* Oſiris *uir* Yſidis Aegiptios *docuit &* Liber Indos, *quare* Bachū *liberum patrem dixerunt quē cæteri oēs & uoluptatis et utilitatis gratia uenerantur.* Quòd au*tem a* Maracōe *nutritus fuerit quia maturatione perficitur mœrum enim dicitur cum purum ac perfectum exiſtit,* Ideo *puer quia ebrietas nūquam eſt matura et homines puerorū moribus ſimiles facit & nudi quia diuitiis & omni uirtute nudantur, & quia manifeſte omnibus patet ebrietas et ignibus inſidet quia uiolentia ferocita*

tem generat, ideo Menades ſibi miniſtrant, quia uelut a-mentes ebrii huc illucque ducũtur ſicut lunatici. Quòd autem Linces et Pãtheras tanquã inſignia ferat, quia cõueniens et temperatus uini uſus rationem et uiſum exacuit, nam principibus et philoſophis Græciæ aliquamdiu mos fuit ut nunquã reſponſa darent niſi ſuarum boni uini antea cæpiſſent, quaſi perſpicatiores illo fierent, Ligurgus uero modeſtiſsimus cũ animaduerteret ꝙ homines incontinenter uino utebantur ipſius uſum prohibuit, ſed cum propter uini carentiã impotentiores homines redderentur, propter Bachi iracũdiã ſe pedibus carere putabant, quòd autem plura nomina promeruerit, Liber quia homines a curis liberet, nã pauper ex uino cornua effert quia elationẽ & confidentiã. Itẽ ſicut Iuno fœmellas ſic Bachus mares liberat, etiã in principio condẽdarũ urbium a Bacho auſpitia ſumebant, & ſibi ſacra parabant, quod ideo fictũ arbitror, quia multa Bachanalia & Cerealia eo tẽpore parantur, Leneus a lacu ubi uites primum genitæ fuerunt uel quia mentẽ delinit, Deorũ Pater quia rebus omnibus uino initium præbent, Hiachus & Heuchus quia bonus puer, & Bricheus quia exprimẽs, Nam Liber a uitibus primum uinum expræßit & lac ab ubere & fauum a melle, Græci duas Bachi ſtatuas fecerũt, alterã irſutam alterã leuẽ, ideo Lineus. Nũc figmenta quædã breuiter exponemus, Poetæ quidã Bachum Niſeum et ex Iouis fœmore natum uolunt, Nam in regione Indiæ eſt ciuitas quædam Niſa nomine prope quam eſt mons ubi Libero patri ſacra parabãt, et Aras et tẽpora frondibus hedere ornabant. In Niſa ciuitate re

gionum fœmora exiſtunt, ideo ex hedere frondibus quia cum uitibus ſimilitudinē habent, uel quia puerili deo uirentia ſemper conueniant, uel quia hunc Phœbo dignitate æquabant qui poetarum et imperatorum temporalauro exornabat. Bachum etiam quatuor procreaſſe filias uolunt quia quatuor ebrietatum genera, Ino Antonoe Semele Agaue, prima Ino quòd uinolentia interpratatur, ſecunda Antonoe quaſi ſeipſam non cognoſcens, tertia Semele quæ ſolutum corpus interpratatur, quarta Agaue quaſi caput admouens. Hæc inſana facta filio caput abſindit. Similiter poſtrema ebrietas omnem ſenſum ac rationem euertit & amouet. Quidam etiam altius poetantes uolunt quòd cum gigantes Bachum in ebriatum intuerentur et diſcooperta membra et omnia ſoluta animaduertiſſent illa coniūxerunt et ſepelierunt, ſed paulo poſt Liber deus et integer & uiuus exurexit, hii per Bachum animā mundi intellexerunt quæ in rebus omnibus eſt multiplicata et cuique ſecundum illius rei merita diuiſa, omnem tamen ſuæ integritatis uim ac rationē ſeruans, ideo ex rebus omnibus integra ſemper exurgit. Seniores etiam quidam philoſophantes quatuor ebrietatum genera ornatiſſime ac modeſtiſſime conſcripſerunt, nam Ioſephus qui uetuſtiſſimorū patrum leges moresq; cōſcripſit in Libro naturalis hiſtoriæ narrat quòd Noe Silueſtrem uitem quia Lambruſcā primū plantauit quā dulciorē uolens ſanguinem accepit ſimiæ porcæ Leonis et agni hos commiſcuit & radicibus uitis appoſuit ut ex ſanguinis dulcore omnis uitis amaritudo amoueretur, & ex uino dulciori facto inebriatus eſt quem filii con-

ſpitientes deriſerunt, quia corporis uires & animi rationem pariter amiſiſſet, poſtea uero quam a uini ebrietate Liber factus eſt filios aduocauit, quibus ſignificare uoluit quanta uini nocumenta forent inconuenienter ſumentibus, quia primum homines tanquam ſimias iocoſos reddit poſtea luxurioſos ut porcos deinde fortes ut Leones poſtremo & mites & amentes ut agnos. Et Anacarſis uetuſtiſſimus quidam philoſophus uineam tres habere botros dicebat, primum uoluptatis, ſecundū ebrietatis, tertium laboris & anxietatis, interrogatus poſtea quomodo poſſent uino moderate uti, reſpondit ſi ebriorum inepitias animaduertant. Sicut ergo temperatus uini uſus ualitudinem ſeruat & auget ſic intemperatus ualitudinē amouet et uires corporis et animi uirtutem proſternit & deicit, per hæc igitur tria Herculis Perſei & Bachi figmenta cæterarum imaginum quæ in octauo cœlo continentur ratioaem accipies. Tēpus enim inſtat ut materiam Secundi libri agrediamur quæ te in altum & ſublimiora magis feret.

Explicit Liber primus.

DE INQVISITIONE

LIBERALIVM DISCIPLINArum Ioannis calderie Liber ſecundus.

Proœmiale capitulum.

QVAMVIS multa & quidem præclara ſeniores illi uates nobis tradidiſſent, Multo plura a ſacrarū literarum ſcriptoribus uera minuſq; ficta ſuſcepimus, nam iſtorum doctrina ueluti clarum lumen, Sed aliorum tanquam umbra & tenebroſitas quædam apparet, nam ſi chriſtianorum ad eam quæ primorum philoſophorū uitam comparauerimus, primi quidem omnia præclara & cum omnium laude atque admiratione agebant. Secūdi uero moribus doctrina turpe ac deteſtandū aliqd profitebantur, quod nonmodo infra Deorum præſtantiam ac dignitatem arbitraremur, Sed infra cuiusque hominis dignitatem crederetur. Quaré ſi noſtrormm hominum uitam mores doctrinam ſtudioſius intuemur honeſtam uitam præclaros mores et ueram doctrinā tradiderūt, Nec quicquam omiſerunt quod ad uoluptatem ad dignitatem et hominis eruditionem accederet, propterea dilectiſſima filia, Si ad illorum ueterum ſtudia quandoque conuerteris, eo præſtantiora Chriſti erudimenta & præcepta omnia tibi apparebunt, quo illorum gentilium ſunt magis deteſtanda, hanc itaque poeſim diligenter animaduertas non ueterum ſed noſtro ingenio elabora-

tam. Cum obſcura quadam nocte me uarii ac fluctuantes motus perturbarent meique minime compos exiſterem qouſque deductus ſum, ut eſſe, uiuere, ſenſum atque rationem acciperem. Omniũ tamẽ horum tenuis quædã mihi uis aderat cum in limen cuiuſdam magni et admirabilis templi neque ſcio quo pacto perductus fuerã, nam qui antea in eum locum conuenerant Iouis templum eſſe dicebant, Cumque me in limine continerem eius loci prorſus ignarus, ſenem quẽdam comperui cui pauidus adheſi, hic me beneuolentia & ſingulari pietate complexus omnis meæ uitæ ac morum diligenter curam ſuſcepit, et me ad dexterã eius loci partem conuertit, ubi tot præclare mulieres tot præſtantes uiri aderant maxima cum dignitate ac ſingulari ordine ut et loci et illarũ prorſus ignarus & incredibili admiratione ductus nulli rei firmus adheſis. Sed pro infantium conſuetudine, nunc ad iſtam nuuc ad illam ſæpius percurrebam. Senex autem cui timens adheſeram rei meæ modum impoſuit & primæ mulieri me alendum tradidit, Hæc facile longeua & omnia membra magis plena uidebantur. A mamillis quas magnas habebat lac abunde tanquam a duobus fontibus efluebat, ex quo pueros iuuenes ac ſeniores fameſcentes alere cogebatur, non tamen pro dignitate aſpectus & corporis decentia compoſitos ac præſtantes mores habebat, nam pectora ſine pudore diſcooperta ſeruabat, & tanquam ſui non bene compos illos alebat, quoſdam præterea humaniſſimis uerbis oblectabatur quoſdam uehemẽtius corripiebat dextera uero ſeptrum tenebat ſicut magnum poßideret imperium. Se

Gramatica.

ptrum tamē non pro principum dignitate geſtabat, ſed mobili manu nunc Illud flectere nunc erigere uidebatur, ſiniſtra tabulas ac libellos quibus pauca inſcripſerat, huic tot mulieres aſiſtebant ut ego illarum numerū aſpectum habitum mores frequenter admiratus. Quædā enim Græce uetuſtißime aderant, quædam latinæ præclare neque longeuæ multum uidebātur, quædam hebraicæ uetuſtißimæ quæ ueluti amētes ueſtes euerterant, has profecto uehementius admirabar neque quo pacto feciſſent cauſam noueram, nam & ſi multi aſiſterent qui mulieres illas ſumopere imitarent, nullus tamen earum intuitu admiratione ducebatur, quare pueris morem gerebam qui matrum pectora ſugunt deinde longius abeūt ſuæ uitæ ac morum ignari, ideo ſenem quē a longe meis moribus aridentem inſpexi clamans et aperto ore ac Iucunda facie manibuſque in altum extenſis adcurri & me ad aliarum mulierum cohortem produxit, ubi tantus clamor tanta extremarum manuum frequens mobilitas tam inſulte alter alterum inuadebat ut nunc uereri nnnc admirari eos homines liceret, nam mulier quæ in eum locum cæteris omnibus præſtabat non multum longeua facie uidebatur aſpectum tamen præclara oculos mobiles ac lucidißimos habebat, quamuis dexter maior appareret, Capite coronam pectore monile manibus gemmatas armilas ferebat, colore tamen plurimum differentes, tantus huic ſplendor ac decentia ut cæteris omnibus ſplendorem afferet, ueſtes exſtenuißimis filis maximoque artificio contextæ fuerunt, nullius tamen determinati coloris uidebantur illorum tamen quilibet intuentiū ocu Logica.

lis ſplendorem afferebat, dextera lanceam ſiniſtra clipeũ tenebat tanquam Paladis arma ſurripiſſet, a dextris mulier quædam aſiſtebat tam digniſſimorum morum & uenerandi aſpectus ut hanc magis quam cæteras admirari liceret, ueſtem enim candidiſſimam maximo artificio contextam habebat capite iocale paruum maximi tamẽ ſplendoris ut primo intuitu omnis oculus fruſtraretur, a ſiniſtris mulieres aderant quæ rubeas aliæ uirides nonnullæ autem nigras ueſtes habebant, hæ tamen inſolitis erant moribus referte, etiam mulier quædã aderat quæ omnibus legem impoſuit. dextera manu ſeptrum tenebat cui duo ſerpentes circunuoluti qui contra poſitas facies habebant extenſas linguas ac mobiles & apertiſſima ora ut alter in alterum expiraret, præterea etiam mulier quædam aderat quæ aſpectu & moribus mitior uidebatur. Multæ adoleſcentium copiæ has comitabantur & quiſque maxima illarum diſeptantium uoluptate ducebatur, nam cum unus ſilentium ageret alter uehementius proclamabat & qui longius ſiluerat uoces ac ignarus manus in altum fortius efferebat quandoque uoce ac manibus ambo fortius proclamabant ut nullam morũ ac uerborum ſignificationem acciperem. Mulieres & uiri quaſi omnes ga ulli contemptioſi, Primeuam illam matronam tanquam iudicem expoſcebant, hæc uero tumens & erecta ſe continebat & pro uultus dignitate & oculorum ſplendore litigioſas ac extuoſas omnium mentes ſedabat, ego aliquandiu illius mulieris moribus uerſatus ſum. Sed cum me præcipua aliarum diſciplinarum uoluptas compelleret ut præſtantiam ipſarumq; di

gnitatem animaduerterem ad Senem tanquam parentem atque alumnum reddii a quo neque animum neque oculos unquam admoueram cumque ille mores nouiſſet meos, Qui uaria perſequi doctrinæ genera capiebam nulli que rei firmus adheſeram meæ uitæ habenas ſoluit & pro mea uoluntate meiſque moribus regendas iuſſit, cum autem ab illius ſeruitute ſolutus & me liberum prorſus exiſtimarem in mulierem admirabilis pulcritudinis oculos ac pedes conuerti cuius aſpectus habitus mores que omnes tantum uoluptatis afferebant ut pro conſuetudine amantium imo amentium ſenſus & animum omnem in hanc prorſus contuleram et cæterarum rerum imo & mei immemor factus uelut ſtupens uelut amens illius pulcritudine & lepore perfruebar, nam frons clara eminens tanquam arte foret expolita, & ſicut in criſtallino ſpeculo cuiuſq; imaginē intuebar. Splendentes oculos habebat quos ſiue in altum extolleret ſiue ad inferiora converteret ſiue immobiles contineret maximam decentiam præferebant, genas habebat eburneas præcipuo rubore perfuſas. Os dentes lingua inſolita naturæ ui formam atque decentiam promeruerant. Aures uero ſingularis decentiæ uerum præter cæterarum conſuetudinem mobiles apparebant & niſi Veneris formam atque habitum & mores Antea nouiſſem facile inſuaſiſſem, hanc illius imaginem ac formam ſuſcepiſſe, uerum tamen huic neque arcus neque ſagitte neque cætera deliramenta quæ Venus deferre ſolebat, hæc igitur non modo membrorum omnium decentiam, ſed natura et arte omnem pulcritudinem promeruerat. Si etiam in cæte

ras mulieres oculos aliquando conuerteram facile huius delitiæ reuocabant, a dextris erat mulier quæ aſpectu aliquando iucundiſsimo uidebatur, a ſiniſtris erant mulieres duæ quarum altera irata et contumelioſa facie apparebat, & altera uelut triſtis & curis ac maximis cogitationibus plena, hijs adoluſcentulæ quædã muſæ famulabuntur, quæ nunc ad unam nunc ad omnes ſe obſequioſas præbebant tanquam nullam eſſent habiture quietem, quædam etiam meretriculis morem gerebant, nam me oculis aliciebant et quædam compræſsis labiis oſcula policebantur, quædam ſirenarum cantu me ſtupidum ac amentem reddidiſſent niſi aliarum rerum maior cura ab hiis laſciuientibus meretriculis diuertiſſet, cũq; ab hiis longius abirem me ſepius reuocabant. Multi etiam in eum locum homines aderant qui latinæ carmina decantabant et quidam materno eloquio, quidam etiã comedias proclamabant nonnulli tragedias lachrimis efferabant, cæteri uero ſuis operibus intenti illorum ſtudiorum rationem expoſcebãt quamuis tamen locus atque hominum iucundiſsima illa conſuetudo me longius continerent, aliarum tamen rerum ingens cura me frequenter abire compellebant, quare properans per inſcia et inculta loca confugi & mulieres inueni quibus aſpectus et mores a prioribus longe diſsimilitudines apparebant, nã mulier quæ in eum locum cæteris præſtabat aſpectu antiquiſsima turba facie & quam maxime inſolens uidebatur. Quædam tamen ſibi famulantes numerorum ratio

Ariſmetines exquirebant, quædam numeros meritis addebant

ca. quædam minuebant & aliæ hos uariis ordinibus diſpo

nebant. Quauis hæc maxime longeua facie uideretur, nō tamen ea ſibi dignitas atque uenuſtas non ſibi ueneran dæ commites aderant quæ me plurimū in eius amcrē con uerterent, neque talis me admiratio tenuit quæ ſolita mihi oblectamenta præſtaret et pro conſuetudine mu lierum uoluptatem aferret illarum tamen præclariſſima rum mulierum ſolertia quæ in eum locum conuenerant cum numerorum ac ponderum rationes exquirerent me quadam uoluptate recreabāt. Sed profunda atque ſubti lis illarum rerum inquiſitio ingenium omne ac meas cor poris uires proſternebant, quare parum commemorari iis abiectiſſimis mulieribus inſtitui, cum mores doctrina & habitus a noſtra conſuetudine alieni prorſus uiderē tur. Propterea ad illam mulierem confugi quæ moribus atque doctrina huic ſimilis apparebat & tāquam coeuæ atque eiſdem exortæ parētibus crederentur, hæc magni tudinum & paruitatum cauſas inquirebat quæ præte rea omnibus corporibus menſuræ ratio conueniat, quidā ind uiſibilia peccata formabant, poſtea ex uno in aliam lineam protrahebant & alii lineas in girum circundu cebant, Plurima figurarum genera formantes quæ ma xima certitudine multorum ſcibilium ueritatem & cer tam cognitionem preſtabant. Cum autem illorum ho minum mores ac doctrinæ rationes inquirerem multos conſpexi qui humeris et manibus inſtrumenta maxima ſingulari ingenio elaborata differebant ut eminentia & depræſſa loca uera cognitione metirētur, quidam plani ties alii diſtantias fluminum & quidam montium alti tudines diſcernebant, nonnulli tamē aderant qui doctrina

Geometria.

ſolertia cæteris præſtabant, nam falſarum imaginum quæ in ſpeculis apparent rationes inquirebãt, quo præterea pacto illarum imaginum quædam euerſæ quædam erectæ quædam maiores quædam minores ſuis obiectis appareant, qua etiam ratione diſtantia obiecta minora et propinqua maiora iudicentur, heæ quidem res nonmodo admirationem ſed iucunditatem maximam præſtabant & me ab ulteriori progreſſu continebant, nam uoluptuoſa & quidem fertilis illarum rerum cognitio mentem recreabat, & numeri me aliarum rerum cura cogitatio impuliſſent longe diu hiis diſciplinis pro ſua dignitate præſtantibus inſidiſſem operam dediſſem præſertim cum adeſſent plurimi beneuolentia & ſingulari familiaritate coniuncti, qui uagantes ea loca percurrebant, quo ſe mulieribus illis familiares redderent, nam gentilis pictor umbrarum atque colorum prima elemẽta ſtudioſius inquirebat & quæ pro ingenii uiribus ſumma arte excoluerat etiam ſingulari eruditione profeſſa uiderentur et Antonius Gallicus ponderũ iura librabat ut perpetuo circunducere uolubilem rotam poßit, & Maurus monachus omnem orbem inſcripſerat & prouinciarnm magnitudines atque diſtantias, quo præterea ordine contineantur plurima ſolertia expoſcebat uerum cum neque mercedem neque gloriam horum ſuffragiis aſſequi poſſe putarem hos ſuis intentos ſtudiis deſerui

Muſica. præſertim cum ſonos quoſdã ameniſsimos audiſſem, qui tantum & auribus & animo oblectabant ut manus et cogitationes meas ab illis profecto amantiſsimis pœnitus auerteram, ueruntamen mulier illa cui attentiſsimas

mas

mas aures præbueram ad quam laſſatis membris adie-
ram,a qua præterea refici plurimum cupiebam ſuapte
natura ſingulari decentia præſtabat.Sed aliquando plu
rima ſe modeſtia continebat et aliquando timentes ge=
nas habebat nūc apertiſſimo ore caput in altum extol=
lebat et quandoque declinabat ad ima.Sed a dextris mu
lier quædam continebatur præclara et aſpectu iuuenis
curis tamen atque maximis cogitationibus plena, hæc
omnibus legem imponebat qui cantus ſiue cæteros ſonos
& armonias minus decenter proferent tanquam diſonā
tia omnia abhorreret, huic aſpectus et habitus qualis
noſtris præclaris mulieribus eſſe ſolent,quæ uero a ſini
ſtris facie ridens ſed habitu ac moribus incontinens tan
quam genus & mores e galea extuliſſet, nam uultu
manibus et ſingulis mēbris leuia & ſtulta queque effe
rebat,uerum hoc me potiſsimum recreabat quod cū pue
ri atque puelle iuuenes et ſeniores iucundiſsima carmi=
na decantarent & plura inſtrumēta ore manibus ac pe
dibus pulſarent,tanta tanquam ſonora erat uocum illa
propoſitio atque concentus ut nihil audiri delectabilius
poſſet et tanquam ſonum unum atque contentum ſinguli
efferebant,Poſtea uero quam loci & ſonorum conſue=
tudinem accepiſſem & aures nimia uoluptate ſurdeſce=
rent cæterique ſenſus ſuis actionibus caruiſſent,tamen
maxima & difficilis optimarum rerum inquiſitio me
alio loco compellebat ut has laſciuientes atque amen=
tes deſererem & ad ſublimia dignaque magis propera=
rem.Quare cum longius abirem in loco eminentiori ac Aſtrolo=
fulgentiſsimo erat mulier quædam moribus digniſsima gia.

aniquiſsima & aſpectu maxime ueneranda, cui uerecundus ac timens adhæſi Cum quiſque tantum illi honoris impenderet tanquam ſuprema dearum crederetur, hæc aſpectu longeua, habitus, mores, uetuſtatem maximam præferebant, capite coronam gemmis auroque refertiſsimam, dextera ſceptrum tãquam omnibus imperaret, ſiniſtra libellos e quibus præ uetuſtate multa exciderãt et ab hijs aſtantes quaſi omnes mentem auerterant, Rarus huic ſermo ueruntamen grauia et digniſsima quæq; ſubmiſſa uoce proferebant, pontifices maximi et imperatores & cæteri mundi principes, item docti atque indocti homines attentiſsimas aures præbebant, tanquam proditura ſemper foret, a dextris mulier quædã antiquiſſima perſiſtebat et tanquam prioris alumna quæ humeris ac manibus Aſtrorum inſtrumenta ferebat, quibus diſtantias motus ac illorum magnitudines noſceret cu tenues uires aderant ut deferre illa uix poſſet, hæc curis intenta cætera uitæ oblectamenta dimiſerat, ſed a ſiniſtris erat mulier facie ueneranda & aſpectu timenda que ſuperbe omnibus imperabat, cui & ſi multæ numero miniſtrarent quatuor tamen cæteris præſtabant, una quod naſcentibus pueris uenturum rogabat, ſecũda quid ſingulis annis cœli motus & aſtra hominibus cæterisque rebus policeantur, tertia euentus ſiderum inquirebat quorum ſuffragiis meliora deligerent, quarta ſingula dubia perſcrutabatur ut ea certiora redderet. Multi præterea manibus terram euerterant ut futurũ prænoſcerent, quidam aquas commouebant illarum in undationes expectantes. Quidam uolatus auium & aeris p-

turbationem ſtudioſius animaduertebant,et quidam tremulos ignis motus nonnulli etiam manus intuebătur & rugas dinumerabant quæ etiam pars eminentior atque depreſſa,et quidam faciem intuebantur tanquam futura inſcripta legerentur,alii puncta figebant quæ cum dinumeraſſent futura ſingula prædicebant. Maxima præterea me admiratio tenuit quòd ignauiſſimi uiri & abiectiſſimæ mulieres et acubus & ſimplici filo & crinibus & aliis deliramentis imperantem eius loci reginam adibant,tanquam harum directiſsimarum ac uilium rerum cauſas expoſcerēt,uerum cum difficilia omnia uiderentur & rarus ſermo & rogantibus & indubia queq; conſtarent,abiens in umbroſum nemus confugi ubi et uirentibus herbis & floribus delectabar. Sed cum uitæ præcipua alimenta deficerent per in uia loca iter arripui & aliquando in mobiles lapides pedibus euertebam & quandoque in lutum ſiue puluerem irruebam & aliquando caput arboribus cedebam & obſtantes ramos ualidis manibus repellebam, & aliquando cruenti ſontes in faciem & membra cætera figebantur. Cumque nemus poſtergaſſem eiuſque diſcrimina euaſiſſem ad undoſum flumē perueni ex aduerſo autem erat inſula eminens atque præclara cuius parietes ex cădidiſſimo marmore in altum plurimum ferebantur,adeo quidem terſa atque ſplendentia ut neque fluctuum neque uentorum impræſſum uetuſtatis ueſtigium appareret,& propter eminentiam uix ad ſupremum inſulæ oculi ferebantur, etiam diſtare plurimum uidebatur. Ad hanc per ſeptem marmoreos pontes erat acceſſus qui natura & arte ma

xima fuerant elaborati, eorum pars quæ ad inſulam ter minat ſtabilis ac firma erat, quæ autem littoribus in fixa mobilis tremula nulli rei firmiter inherēs ſed fluentes aquæ præclare fluctuantes uariis ac contraris tur binibus ducebantur. Veritus itaque Pontes conſcendere quos eruditiſsimi atque præſtantiſsimi homines primum conſcenderant ſuper aquas nudis pedibus iter arrripui tāquam ſuper hiis tutus incederem, quia prope litus parum profunde & uentis agitatæ uidebātur. Cum autem longius transfretarem fundus diſtare amplius uidebatur, uenti ualidiores & fluctus in altum amplius ferebantur, in hiis prope numero infiniti ſubmerſi perte rant, quæ omnia timorem maiorem preſtabant, uentorū itaque & fluctuum impulſus additum & inſulæ ſupereminentia latera conſcenſum prohibebant, pes tamen an terior ſuper aquas intrepidus ferebatur ſequentem uero aquis immerſum effere uix poteram, & fluctuantia æquora capite pectore et manibus repellebam, inſulæ aūt propinquior factus decliuem locum inſpexi quem faci le conſcendere quiſque poterat, ubi multi homines continebantur qui corporis ualitudinem curabant & ſumma animi tranquillitate fruebantur. Quantum ego conie-

Epicuri. ctura aſequi poteram omnem corporis ualetudinem pro fitebantur et ad mores bene inſtitutum animum, hii cum ameniſsimo in loco cōtinerentur, ego uero corporis quie tem exquirebam ut perditas uires reſumerem & animi tranquillitatem et mentis perturbationē ſedarem, quare cuidam adhæſi qui hiis uirentibus ac florentibus agris continebatur & cæteris dignitate præſtabat quis

*nam eſſet eum rogaui & quo pacto relegatus infimis illis littoribus inſideret,ſe Athenienſem Epicurum eſſe dicebat qui cum ſine ulla literarum eruditione merũ ac bene inſtitutæ uitæ cauſas exquirerem animam humanam corruptibilem exiſtimaui, ideo corporibus uoluptatem inſtitui & mentibus tranquillitatẽ quibus longiori uita homines fruerentur mea quidem traditione aqua & oleribus noſtra corpora ueſcebantur. Omnibus hominibus continentiſsimam uitam niſi coitum prohibui & cæteros euacuationis modos quibus corpus diſſolueretur,has itaque uoluptates magis paupertate quam ſuperfluẽtiæ ciborũ copiis aſſequeremur,ſatis quidem hominibus ſi ad naturam uixerint nemo felix niſi ſua ſorte cõtentus,non commenſationes neque potationes nec fœminarum copulæ nec piſcium & aliarum delitiarum quæ ſplendido conuiuio parantur ſuauem uitam faciunt; Sed ſobria diſputatio,has itaque uoluptates magis paupertate quam ſuperfluentibus copiis aſequimur,quòd æquidẽ facile optimorum uitam imitauerimus neque felicitatem extra corporis dignitatem extulimus,ideo Epicuri quia ultra cutem nihil curauimus,deum otioſum diximus nullaque ſibi harum rerũ cura inſit,propterea infimas philoſophiæ partes curauimus hanc noſtram eruditionem democritus Leucipus Aſclipiades Empedocles et cæteri omnes ſecuti ſunt,Quamuis poſtea a noſtris ſentẽtiis declinauerunt, dehinc autem cum in altum oculos extuliſ*Stoici. *ſem abiectiſsimi quidam homines aderant qui uita moribus habitu a primis diſtare quam maxime uiſi ſunt, ego autem ut mores ac illorum doctrinam ſuſciperem mode-*

ſtiſsimo ac eruditiſsimo ſeni adhæſi qui Epicureorũ mores ac doctrinam maxima cum uehementia corripuit tanquam me ab illorum ſententiis penitus ammouere cuperet, primum itaque iuſsit ut diis fidelis eſſem non tã tum imolans ſed iureiurando perſeuerans, præterea ꝙ talis eſſem parentibus quales fieri apud me natos, turpia que nephanda nonmodo agere neque dicere oportet nullum perpetrandum facinus, quòd ſi cæteros lateat neq; deum neque perpetrantem latet. Magis crimina formidanda ſunt quam damna, mali uitæ exitus uereantur, Sed uirtuoſi uitæ ignominiam, mori omnibus ſentẽtiam promulgauit natura, ſed bene mori à uirtute prouenit, neque maxima diuitiarum cura ſit nec in ueſtibus nimiũ curioſus ſtude liberalibus diſciplinis quas legendo ſeruabis magis uerborum quam diuitiarum depoſita cuſtodias, lente ad inimicitiam occurras & quos in amicos delegeris hos diligẽter ſeruabis, bonis benefacito cũ ex hoc ſis gratiam habiturus, malis autem ſi benefeceris ſimilis eris alẽtibus alienos canes qui in omnes latrãt, ſimiliter praui & nocentes et iuuantes ledunt, cum pro hiis erudimentis gratias agerem multo inquit plura tradidiſſem niſi Atheniẽſes me ueneno mori iuſiſſent, ſed hic quem pro ſuorum morum excellentia moralem Senecam omnes appellãt, quæcunq; bene uitæ inſtitutæ iura ſuis codicibus inſcripſit, quare Socratem & Senecam pariter nouimus. Cumque ab hiis animum & aures pariter diuertiſſem non multum longe uidere uiſus ſum hominẽ antiquiſsimum pectore ac facie amplum quem multi ac præclari comites imitabãtur, quo in loco lapides ac om

nis terra exciſa fuerat tanquam a terremotibus omnia commota fuiſſent, & domus ruiſſent & pro aeris malignitate bruta & uegetabilia ſterilia procrearētur, quem locum inhabitare profecto uerebar, Plato uero qui ſubito frontis intuitu meas omnes cogitationes perſpexit tanquam furibundus hiis me uerbis admonuit. Socratis Senecæ multorum præterea ſtoicorum erudimenta deſeruiſti et tanquam faſtidientis ſtomaci euomere omnia curas, ego uero aliquamdiu illorum documenta ſecutus Dioniſium in Paleſtra acutiſsimum & Ariſtonem qui ex argis originem & multa præclara reportauit, poſt ea in Italiam ad Pithagorā ueni ut quæ in philoſophia præclara excoluiſſent meis literis traderentur, ab ægiptiis mathematicas diſciplinas accepimus præſertim geometriam & aſtrologiam, a iudeis uero ſacrarum literarum optimas inſtitutiōes, quare Hieremiæ prophetæ admonitione dicere auſiſumus, In principio erat uerbum et uerbum erat apud deum & deus erat uerbū. Sua præterea ſententia & animas humanas et mundum omnem a deo principium omne accepiſſe tradimus, nunc uero in hanc ſterilem ac peſtiferam achademiam nos contulimus quo facilius uoluptuoſa omnia euitaremus et ſtudio ſe magis ſapientiæ intenderemus. Multas præterea prouincias luſtrauimus ut ſapientiam etiam omni periculo ac diſcrimine aſſequeremur, Tu uero earum intuitu faſtidiris & ſine labore nouiſſe omnia putas. Sed maius opus ac tibi labor imminet quæ maximo audere animo opertet ut præclaram et imperatoriam philoſophiæ maieſtatem adeas, quare imitari deum uellis deū utique prin

cipium & finem omnium habens delinquentibus diuinã legem adeſt ultor punitiuus.ſed obſeruantibus et fœlici tate fruentibus humilis & ornatus, & in Phœdone noſtro imperfectus et immundus quidem homo in infer, num abiens.ſed perfectus & purgatus hinc tranſiens cum deo habitabit,te rei publice obſequioſum præbeas, quia non ſolum nobis nati ſumus ortusque noſtri partẽ primã partem amicis dedicant, qui præterea rei publice profuturi ſunt utilitatem ciuium ſic tueantur ut quæcun que agant ad eam referant,etiam ſuorum comodorũ ob= liti & totum rei publicæ corpus curent & non ſolum al teram partem tuantur beatas etiam reſpublicas eſſe uo= lui ſi ſapientiæ ſtudioſi rexerint uel earum rectores ſtudere ſapientiæ contingiſſet,etiam uincere ſeipſum om nium uictoriarum eſt prima & maxima,qui animam ſuam que una eſt gubernare non poteſt quo modo multo rum hominum gubernator erit. Omnia ergo ad dei cultũ referas & ad rei publicæ dignitatem ac tuam etiam & omnium hominum utilitatem quæ in terris gignuntur ad uſum hominum creari uoluimus, homines autẽ homi num cauſa ut interſe prodeſſe poßint.Si ergo ſapientiæ formam uidere poteris te ad illius amorem plurimum excitabit,nunc ad Ariſtotelem noſtrum properemus a quo multa præclara ſuſcipies, a ſtoicorum igitur cole= gio ſenem abeũtẽ imitabar cui tardus inceſſus rarus,ſer mo,electiſsime quandoque ſententiæ. Sed Ariſtoteles uer ſus nos iter properans ſumma tamen ueneratione Pla= tonem me autem ſingulari pietate complexus eſt, et hiis me uerbis alloquitur,ea philoſophantibus poteſtas tradi

ta eſt

ta eſt ut & uera fari et erantem quemlibet erudire poſ ſint, Suo autem coram præceptore ac Platone omnium philoſophantium parente ſilentium agerem. Si autem no noſtra diſciplina erudire quemquam cupimus opus eſt noſtris principis te admoueamus, primum nunquam ue recundior eſſe debes quam cum diis agitur, non enim illo rum rationes ac naturæ clare nobis conſtant, homines præterea debent literarum eruditione materiã ſenectu tis parare, tribus tamen indiget diſciplina, natura do ctrina & ſolicitudine radices diſciplinæ ſunt amari fru ctus uero dulces, præterea docti, differunt ab indoctis ſi cut uiuentes a mortuis, te etiã magis præceptoribus quã parentibus debere ſuadeas, nã a parentibus eſſe ab hiis uero bene eſſe ſuſcepimus. Sapientes etiam id ſponte a- gunt quòd cæteri ob timorem legis, ſic deambulantes ho neſtiſsimis me uerbis aloqnebantur, Plato tamen præi- bat poſt eum Ariſtotiles qui ſuæ peregrinationis me co mitem fecerat, noſtrum itaque iter properantes multi honeſtiſsimi comites nobis occurrerũt qui longas habe bant Clamides & Comas humeris ſuperexſtenſas lõgas barbas crinibus refertiſsimas, dextera ſeptrum ſiniſtra gẽmatum anulum quibus digniſsimus erat aſpectus, ego hiis capite ac flexis genibus pro ipſorum dignitate deferre inſtitueram. Sed Ariſtotiles ne his mihi labor eſ ſet admonuit quia uere philoſophantibus is honos ſolum modo debeatur, horum multi a dextris multi a ſiniſtris ac uariis ſe ordinibus continebant, neque unus omnibus erat habitus ſed plurimum differentes, omnes tamen in philoſophiam oculos conuerterant, quandoque tamen ocu

lo a dextris quandoque a ſiniſtris circunducebant me in finitis prope numero digniſsimis circum ſeptum hominibus uidi qui mores meos et habitum a philoſophantibus diſimiles admirabantur, ego uero illorum mores ac diſciplinã aliquandiu intuebar nunquam tamen a ſenum lateris diſcedebã donec ante conſpectũ præclare omnium parentis philoſophiã conuenimus, quæ in eminentiſsimo ſolio continebatur, capite atque humeris ſiderio cœlo adhæſerat, pedibus terræ una contingebat dextera uerſus oriens ſeptrum tenebat ſiniſtra libellos quibus omnes mundi rationes inſcripſerat, facie admirabilis pulcritudinis & ſuis luminibus diſtantia quæque loca luſtrabat, cum autẽ noſtri in eã oculi figerentur perſpicatiores reddebantur, capite ſidereã coronã & aureos crines humeris ſuperextenderat, quo præterea artificio ueſtis contexta fuiſſet nemo nouerat neque ipſius colores recte quiſquã diſtinxerat, nã ſecundũ diuerſam ſupercœleſtis luminis iradiationem diuerſificabatur. Antea tamen quam ad illã perueniſſemus ſeptem gradibus conſcendimus ſupra uero infinito prope numero homines continebatur, nã eminentes gradus atque latiſsimi ut quoruncunque a ſenſu uires laſſarentur quos ſi abſque duce conſendiſſem hii qui Antea conſcenderant ſepenumero me repuliſſent, Sed Plato et Ariſtotiles tutũ, iter præbuerunt, ego reginam illam adiui quantum hii præclariſſimi duces fas eſſe uoluerunt, a dextris erat mulier facie præclara candidiſsimis ueſtibus aſpectu longeua tanquam ſuæ parentis primo genita crederetur, a ſiniſtris erant mulieres duæ altera tamen longeuior, quæ uero

minor in modum adoleſcentulæ ueſtimento uiridi parentis manum continebāt quæ uero aſpectu maior & facie & habitu rubens diſtare amplius uidebatur cum alterius pulcritudinem admirarer aliarum & maxima uoluptate perfruebar, igitur pro uoluntate parentum præceptorumque meorum flexis genibus & conuerſa ad pedes facie me præcipitem dedi hæc autem meum caput erexit & oculos in eam figere iuſſit, cui ego primum intentas aures dederam, poſtea oculos cæteraſque corporis partes ſuo imperio in eam conuerti quæ me ſonora et ornatiſſima uoce ſic eſt allocuta philoſophia.

PHILOSOPHIA.

A PRIMO *cauſante ante omnia generabilia & corruptibilia ad hominum utilitatem ac uoluptatem procreata ſum, & ab hiis a me genitis noſtrorumque ſtudiorū comitibus in hunc locum relegatæ omnium humanarum & diuinarum rerum naturas inquirimus, & quicquid in nobis diuinum ſiue humanum rogantibus obtulimus, Methaphiſica primum a nobis genita & omnium diſciplinarum ſemper alumna, cæterarum rerum quiditates inquirit & ſeparatas formas a quibus ſupercœleſtia corpora circunferuntur quo etiam numero contineantur, quo præterea fine omnes ſiderei orbes circunducuntur, Sed efficientes ac materiales omittit, ſed moralis quam poſtremo genuimus omnium morum ra-*

tiones inquirit. Quo præterea pacto bene inſtitutam uitam agere quiſque debeat, ſiue Monaſticam quia ſeipſam rexerit ſiue Politicam quia rei publice pars eſt ſiue Iconomicam quia familiam diſpoſuerit uel aliam partem domus promeruerit, diuinis præterea & humanis inſtitutionibus modum imponit. Tertia philoſophiæ pars quæ facie ac ueſtibus rubens apparet, cuiuſque mobilis entis cauſas & rationes conſiderat. primum a quo efficiente naturalia omnia genita ſint. ſecundo qua materia contineantur, tertio quibus formis ſuum eſſe perficitur, quarto quo fine genita quem præterea finem intendant. omnes ergo mobiles formas & mobilia corpora conſiderat, ſed penitus quieſcentia et intelligentiæ quæ ſuper cœleſtia corpora circunducunt non ſunt Phiſicæ conſiderationis, quòd ſi Ariſtotelis noſtri libros diligenter inquires, Octo diuiſam partibus naturalē tradidit, quia in libris de Phiſico auditu conſiderat ens mobile abſolutæ quod nullum motum genus concernit, in libris de cœlo & mundo conſiderat formas ſimplitium elementorū quomodo etiam generationem ac corruptionem accipiāt in quarta quia Metheororum libris conſiderat formas mixtorum imperfectiorū quo ſcilicet modo pluuiæ pruinæ rores niues ac omnes Metrologicæ impræſſiōes generentur, in quarta parte conſiderat formas mixtorum perfectiorum quo etiam modo generationem accipiebant, & aurum & argentum & omnia mineralia in ſexta parte quia in libris de anima conſiderat formam hominis perfectiſſimam ſecundum relationem quam habet ad corpus, ab ea enim multæ materiales ac immateriales po

tentiæ profluunt, in ſeptima conſiderat generales paſſiones uiuentium & maxime uegetabilium quæ uiueſcunt & aliquando ſeneſcunt, uiuunt & poſtea moriuntur, in octaua perfectiores uiuentium paßiones conſiderat, quia ſenſationes motus et particularem modum generationis eorum, ſub hac poſtrema philoſophiæ parte omnis medicorum inquiſitio continetur, propterea dici ſolet quod ubi deſinit Phiſicus ibi medicus incipit, quia ubi deſinit naturalis conſideratio medici principia capiunt, philoſophantium ergo quidam primas formas conſiderãt quæ nec ſecundum intellectum aut proprium eſſe ſubiectum concernunt ſicut mathematici, quidam autem formas conſiderant quæ ſecundum ſuum eſſe non abſoluuntur a ſubiectis, ſed bene ſecundum conſiderationem ſicut formæ Mathematicæ quæ neceſſario in ſubiectis & tamen a ſubiecto quolibet abſtraũtur. Ideo Ariſtoteles recte inquit abſtrahentium non eſt numerus, medtium tertiæ ſunt formæ naturales quæ ſecundum eſſe & ipſius intellectus conſideratione ſuis ſubiectis mixſte ſunt, ſed bene fit a ſiugularibus abſtractio ut de illis uniuerſaliter conſideratis perfecta in nobis ſcientia conſideretur, generetur naturalis philoſophus formas conſiderat quæ determinatã materiam habent et formam et tertiam formam a ſuo efficiente productam ſecundum quod determinatum finem intendit, ideo tres eſſentiales philoſophiæ modos ſiue partes diuiſimus Mathematicam & materialem. Sed quia uniuerſalis quæque doctrina, eſt particulariter inquirenda, dicemus ꝙ ſimplitia elemẽta et mixta omnia naturalia ſuæ generationis & corruptionis

modum & cauſas habent, ideo cuiuslibet tranſmutationis naturalis tria intrinſeca principia poſuerunt, materiam formam & priuationem, ſed naturalis conpoſiti duo tantum ſunt intrinſeca principia materia & forma priuatio ergo eſt tranſmutatio intrinſeca, ſed naturalis compoſiti extrinſeca & cauſa ſine qua non, preterea ſcire debes quòd naturalium entium quædam ſunt inanimata & quædam uiuentia, horum autem quædam ſunt uegetatiua quædam ſenſitiua quædam mouentia & quædam intellectiua mixta perfecta inanimata conſiſtunt per formas ſuas quæ ſunt & actionis & motus principia ſicut terra deorſum & ignis ſurſum feruntur. Sed mixta imperfecta conſiſtunt pluribus differentibus formis quamuis ab una tantum denominationem accipiant ſicut pluuia uix & grando cum aqua conueniunt, Sed mixta perfecta per unam formam ſubſiſtunt a formis elementorum penitus differentem quamuis tamen unius principalioris elementi uim ſeruēt, quare grauiora mixta deorſum & leuiora ſurſum feruntur. Sed mixta perfectiora uiuentia conſiſtunt per formam dantem eſſe & etiam uitam in qua multæ animatorum potentiæ continentur ſecundum perfectionem ipſius formæ, quia uegetabilia habent potentiam nutritiuam augumentatiuam et generatiuam, ſed animalia imperfecta ſicut lapidibus afixa habent potentiā appetitiuam appræhēſiuam et in loco motiuam, ſed animalia perfectiora progreſſiua habent uirtutem motiuam localiter, item iraſcibilem et cōcupiſcibilem, Sed homines quia ſunt omnibus animātibus perfectiora has omnes potentias habent, cum hoc e-

tiam intellectum agentem & poßibilem et uoluntatem
agens intellectionis actum perficit poſcibilis recipit, ſed
uoluntas ex multis intelligibilibus alterum deligit et il
lud ſuo imperio proſequitur, in homine ergo eſt forma
una ſubſtantialis dans eſſe & operari quæ multas &
organicas & nõ organicas opatões habet, per huius for
mæ aduentem homo generatur per ſeparationem corrũ
pitur, ſed a quo efficiente humanus intellectus generetur
prorſus ignoramus, propterea Epicurei ſubſtãtialem for
mam cum corporibus generari et ipſis pereuntibus cor
rumpi uolunt. Sed Stoici ac Peripatetici de foris eum ad
uenire illum crediderunt quo autem modo aduenerit quo
etiam modo productus ſit minime nouerunt, hæc enim na
turaliter philoſophantium uires ſuperant cum ad gene
ralia & corruptibilia eorum feratur intentio, non ergo
in nobis eſt ponenda formarum multitudo ſed una eadẽ
que forma uegetamus ſentimus mouemur & intelligi-
mus harum tamen quædam ſunt organicæ ſecundum eſ
ſe & opari ſed aliæ ſpirituales ſunt, in ſimilibus nõ ta
men organa operantur ſiue agunt, quare homines primũ
uegetare poſtea ſentire, tertio moueri, quarto intelligere
dicimus, ideo cum homo neſcitur in Iouis tẽplo locatur,
quia ex uiſceribus patris ĩ utero matris reponitur, poſt
ea ad maiorem mundum deducitur, qui Iouis quia dei op
timi maximi templum dicitur Plato etiam duos mundos
eſſe uoluit alterum maiorem ſed maior minorem conti-
net perficit atq; conſeruat, & quia homo eſt animal per
fectißimum neceſſe ut parentes illum alant curam dili-
gentiamque ſuſcipiant, quia infantes nutricatione indumẽ

to ac eruditione indigēt quia cæteris animantibus ſunt e nim neceſſaria, ideo multæ artes & diſciplinæ ad eſſe ad hominis dignitatem atque præſtantiam inuente fue= runt quæ cæteris animalibus ſuperfluerent parentes ita= qui filios alunt famulatum parant ueſtes & oportuna quæque diſponunt quæ ad hominum uitam ſunt neceſſa ria neque te is error ſeducat in quem & Plato & A= riſtoteles præcipites fuere, nam Plato mundum a prima cauſa principium habuiſſe tradit nunquam finem habi= turum, Sed Ariſtoteles mundum in generabilem ac in= corruptibilem facit nos uero neque mundi neque intelli gentiarum principia nouimus, neque quo pacto finem ſi= nt habituri, Sed horum alius noſtræ inquiſitionis eſt locus, poſtea igitur quam homini tempus cognitiōis adue nerit atque bonis diſciplinis tradendus, primum grama ticæ elementis elaborandum miſimus cum ipſa ſit quæ= dam Idiomatis regula directiua, hæc præterea conce= ptus hominum manifeſtat niſi enim uerborum ſignifi= cationes quiſque antea nouiſſet minime agendarum rerū recta eloqutio haberetur, gramatica ideo antiquiſſima quia ante cæteras diſciplinas inuenta & tanquam ipſa theorica quæ ſpeculabilium rationē tradit & altera pra ctica quæ ex ſimplicibus dictionibus compoſitas ora= tiones formare docet, ſua itaque ubera ueris inſtitutioni bus plena ſunt ut nutrire omnes ſufficiāt. Quidam ta= men plus & quidam minus hæc documenta ſuſcipiunt, ideo quidā depaſti faciuāt abeunt et quidam ſceneſcentes accurrūt. Sæpe quidem numero redeunt cum eorum præ ceptorum obliuiſcuntur quæ gramaticæ eruditione ante

Grama= tica.

nouiſſent

nouiſſent,quòd autem Græcæ Barbare ac Iudaicæ mulieres ſemper aßiſtãt ſibi quæ diligentiſſime famulẽtur nam uetuſtiſſima queque natio ſuam gramaticam ſuo acomodatam idiomate perficit. Sed Iudæi retrograde omnia deſcribunt tanquam a dextris,præterea motus incipit & ad ſiniſtram partem traitur,quod ſi gramaticam quiſque ignorauerit non poteſt aliarum ſcientiarum perfectam cognitionem habere neque ſeptrum pro regia dignitate tenet,ſed mobili manu erit & quandoque deprimit & uocem eleuat & quandoque ſubmittit & hunc blandis uerbis alicit & alium uehementius corrũpit,nam ſic pueris & indoctis hominibus agere oportet,quoſdam enim blandis uerbis alicit, ſed contumelioſos repellit & ſeptro corripit, paruos libellos ſiniſtra fert.quia parui ſunt libri quibus gramatici utuntur,neque ullis ſumptibus exornantur,poſteaquã gramaticæ prima erudimenta ſuſcepimus ad logicam nos conferrimus, quia eſt ſcientia communis & cæteris omnibus diſciplinis maximum præſidium fert,quoniam arguere docet & falſas diſceptantium argumentationes repellere, Ariſtotiles noſter cuius ſententias pro ingenii præſtantia ſummaque ſemper eruditione probauimus in libro de phiſico auditu dicit,quod primi quærentes ſecundum philoſophiam, ueritatem & rerum naturas,in uiam quandam aliam diuerterunt ob infirmitatem intellectus,quia propter paucitatẽ exercitii in Dialetica,ideo Epicurei et cæteri philoſophantes cũm hanc ipſam ignorauerint nihil recte inquiſiuerunt,& Simplitius noſter ait Logica eſt pars organica totius philoſophiæ defen- Logica.

dens nos a malis in practicis & falſis in ſpeculatiuis propterea hanc artem artium & ſcientiā ſcientiarum diffinimus ad omnium methodorum principia & uiam habētē, hæc eſt igitur ſcientia cōmunis, quia omnibus diſciplinis arguendi & reſpondendi iura ſubminiſtrat, neq; longeua multum quia poſt cæteras liberales diſciplinas inuenta perſpicaces ac mobiles habet oculos, quia omniū ſcientiarum ſingula intuetur, hæc tamen ſicut & cæteræ ſcientiæ Theoricas & practicas partes habet, quæ in hac præclare, quam maxima ſunt, omnia enim ipſius documenta quam maxime præſtant, ueſtes tenuiſsimis filis contextæ ac differentium colorum ſunt, quia omnes rationes ſunt ſubtiliſsimæ & coloribus diuerſificantur, quia ſecundum ſcientiarum diſpoſitiones ſe illis acomodāt, nam ſcientia quælibet propriam ſibi logicam uendicat, Coronam capite fert quia omnibus diſciplinis imperat & illis leges imponit; pectore uero monile fert, nā omnia quæ noſtro pectore continentur præclara ſunt & manibus gemmatos fert anulos, quoniam omnes argumentationes manifeſte luceſcunt, ſed quatuor illæ mulieres quæ logicam comitantur, ſunt quatuor principalia argumentationis genera, nam demonſtrationis a dextris eſt poſita & ueſte candenti, quia dicimus demonſtrauimus, ſcientiam generat quæ luce clarior eſt, a ſiniſtris ſunt ſillogiſmi falſigraphi qui obſcurā opinionē faciunt, ſed Topici ſiue probabiles tantum uirentes apparent, quia oppoſitarum concluſionum perſuaſiuas rationes inducunt. Sed perfecti ſimilis ratio rubet quia ut Sillogiſmorum rationes ſolerti perſcrutentur inge-

nio, et ut maximarum rerum breui oratione a nobis eru ditionem accipias, logica eſt de ſecundis intentionibus harum rerum quædam ſunt ſimplices quædam compoſite, ſed ex ſimplicibus propoſitiones fiunt ex propoſitionibus ſillogiſmi quos quatuor generibus diuiſimus, nam quidam ſunt ſillogiſmi abſolute quidam demonſtratiui quidam falſigraphi & quidam probabiles, & quia logicæ profeſſores contētioſi uidentur quia arguens & reſpondens ſemper contrarii apparēt, ideo mulier quædam uirgam ſerpentibus circumuolutam manibus ferebat, ut contentioſas diſceptantium argumentationes ſignificaret, quòd ſi dubium aliquod contingeret, a logica certitudinē accipimus, omnes præterea diſciplinæ ſuarū argumentationum ab ea modum et rationem capiunt. Tertia eſt Rethorica cuius aſpectus & dicendi modus compoſitiſſimus & ameniſſimus, hac enim quiſque ſummopere delectatur, ſic Rethorica ornatiſſime & compoſitiſſime loqui docet, Et quia tria ſunt genera circa quæ maxime uerſatur Orator, Demoſtratiuum Deliberatiuum & Iudiciale. Primum in laudem uel uituperium alicuius effertur, Secundum eſt circa ardua & difficillima in quibus uerſatur Orator, Tertium res contentioſas inquirit. In his tribus generibus omnis dicendi Oratorum cura & diligētiaquoque uerſatur, ueruntamē hæc omnia prudenter ac diligenti ſtudio complentur, quoniam primum exordiri oportet & aliquando inſinuatione uti, poſtea uero narare quæ intendimus & rationibus & experimento confirmare ſi quid uerum uel ueriſimile apparet, deinde confutare quæ noſtris ſententiis aduerſantur, po

ſtremo ex dictis concluſionem elicimus, hæc tamen omnia Memoria Pronuntiatione complentur, nam Demoſtenes noſter cum ab eo rogaretur, quid in Oratore præcipuum, reſpondit pronuntiatio, Iterum rogatus ait pronuntiatio, quaſi maxima oratorum uis atque dignatio in pronuntiatione conſiſtat, & quia hiis ſtudiis aliquandiu uerſatus es non omnia puerilia harum diſciplinarũ a nobis erudimenta ſuſcipies. Omnes namque liberales diſciplinæ a præclaris oratoribus atque eruditiſſimis hominibus traditæ ſunt, a quibus has omnes præceptiones intelligere prodeſt, ideo quiſque de rebus de quibus dicturus eſt ſuos ſermones acomodat ſecundum præceptiones quæ ab oratoribus inſtituuntur. Arimetricas *Ariſmetrica numerorum ratiões inquirit cuius duæ ſunt partes, Theorica et practica prima numeros formare docet & quid pro ipſorum dignitate ac ratione conueniat, ſed practica docet quos numeros numeris addere oportet, qua præterea lege alter ab altero ſubtrahatur, quid multiplicatio ſiue diuiſio, quo etiam modo cuborum & quadrorum numerorum rationes inuenire oporteat, omnium præterea minutiarum iura inquirit, & quia diſciplina hæc longa perſcrutatione indigeret breuiter immorari hiis uoluimus, illa tamen lõgeua apparet, quia omnia quæ a prima rerum origine producta ſunt ſub quadam numeri ratione continentur, nam hiis tribus rebus res ſingulæ metiuntur, numero, põdere, atque menſura, numerus enim eſt diſcretorum ſed menſura ratio continuorum, pondus autem debetur continuis atque diſcretis, hæc ſcĩtia quã uis præclara ſit neque uoluptatem neque utilitatem ſicut*

cæteræ diſcientiæ hominibus afferre ſolet, geometria *Geometria.*
uero pũctorum linearum & ſphericorum rationes inquirit, ideo præclara hæc diſciplina duas habet partes theoricã & practicã, prima ſummopere docet quia ex fluxu puncti linea cauſatur. Si uero linea fluxerit ſuperficies cauſatur, Si autem ſuperficies ſecundum latitudinem defluxerit corpus cauſabitur, in quo dimenſionum omnium ratio cõtinetur. Si etiã linea æqualiter circũdatur ſpherica figura formatur & ſecundum natiuitatem figurationis extremarum linearum uel ſuperficierum & corpora & cætera omnia figurãtur atque formãtur. Sed pars practica omnium continuorũ rationes ac mẽſuras docet ſiue in altum ſiue ad ima ferantur, item põderum ac ſpeculorum rationes inquirit, nam uiſibilia quædam maiora apparent quædam uero minora quædam euerſa & alia recta, neque tamen multum à ſuis obiectis differentia, quibus ſtudis ſi te aliquando contuleris maximam inde uoluptatem ſuſcipies, neque præclara hominum ingenia magis diuitiis qnam liberalibus hiis diſciplinis intendere debent, quod indocti homines facere plurimum curant. Muſica etiam quam poſt illam intuebaris longeua facie apparet quia uocum oblectamenta quiſq; ſemper inſequitur, & quamuis tota ſuauiſsima ſit atque decora, maxime tamen os & aures ſibi amplas acomodamus, cum uocem effert & ſuauiſsimum & compoſitiſsimum ſonum auribus præbet, huius tam præclare diſciplinæ duæ ſunt partes Theorica & practica & quamuis in cæteris Theorica dignitate præcedat, hoc loco praxim maiori dignitati atque meritis præferimus, *Muſica.*

nam homines primum canere didicerunt & ea uolupta
te quiſque maxima ducebatur, poſtea uero ſonorum pro
portiones & artis ſingulas rationes inquiſiuerunt cum
multæ ſint modulationum uoces multa & ſuauiſſima in-
ſtrumenta quæ hominibus maximam oblectationem affe
runt quæ omnia ſuis menſuris conſtant atque forman-
Aſtrologia. tur, Aſtrologia eminentiori loco continebatur, quia libe
rales oẽs diſciplinæ &c. humanis rebus uerſantur, hæc
uero cœleſtia quæque conſiderat, horum eſt duplex co-
gnitio quia ſupercœleſtium corporum, motus ipſorũ, quia
inter ſe diſtantias ac magnitudines conſiderat quæ aſtro
rum inſtrumentis diligẽter exquirimus, eſt et alia pars
quælibet iudicialis quæ in quatuor partes diuiditur, pri-
ma de natiuitatibus, quia data natiuitate alicuius quid
futurum contingat recte iudicamus. Secunda de reuolu-
tionibus annorũ, quia ſi pluuias ſi cœli motus ad ſigna-
tam horam direxeris quid eo anno euenire debeat faci-
le intelligemus. Tertia de interrogationibus quia ſi recte
dubium inquiris circum dare reſponſum poſſimus. Quar
ta eſt de quæſtionibus quia multa futura in controuerſia
ſunt poſita quæ aſtrorum cognitione certiora fiunt, neq;
te multorum pernitioſus error abducat quòd ſupercœle
ſtia corpora ſunt, pura forma pura materia, hæc enim
ſunt ex materia & forma compoſita denſitatem & rari
tatem in partibus habentia, quare pars quædam eſt po
tentior ad agendum quædam uero debilior, ſidera ergo
ſunt cœleſtium orbium depreſiores partes neque extrin-
ſeca corruptionis principia habent, ſed ſi primi cauſan-
tis uirtus defuerit effectus omnes deſinerẽt. Sic ex Solis

carentia lumen deſinit, præterea ſupercœleſtia omnia certo fine ducuntur & ſidera quælibet proprios fines intẽdunt quos ſuis motibus attingunt, nam ſicut elementis quies ſimiliter hiis continuus motus eſt neceſſarius, propterea cuilibet orbi propria intelligentia debetur ſicut nauta naui ſuæ, orbem mouet ſicut amatum & deſideratum, horum numerum cum Ariſtotiles exquirere cuperet ad Calipum & Heudotium aſtrorum peritiſſimos ſe tranſtulit et ex cœleſtium horarum numero intelligentiarum multitudinem ac poſſe iudicauit, & quia effectus omnes in prima ſidera referuntur, ideo Nigromãtia Piromantia Ydromantia & cæteræ diſciplinæ quæ futura proferre curant huius, tanquam maxime architectonicæ iura ſequuntur. Septem igitur liberalium diſciplinarum iura deſcripſimus quæ liberos homines faciũt & pro ipſarum præſtantia & dignitate profeſſores ſũt iure optimo præferendi, harum tamen tres &c, Secundas intentiones uerſantur, Gramatica Logica & Rethorica ſermocinales dictæ reliquæ autem quatuor ſunt de primis intentionibus quia rerum ſigrata, principaliter cenſiderant. Cumque horum profeſſores per philoſophiã certiores fieri nõ poſſunt ꝑ obſcura nemorũ inculta & inuia loca uagantur per currunt donec ad littora & fluctuantia flumina ducantur, quòd ſi, poſitiones conſcẽderint tremuli prope litora apparent, Quia diſciplinæ illæ nullam ex ſe certitudinem habent. Si uero noſtris liitoribus adhæſerint ſuarum ſententiarum firmas ac ſtabiles uires accipiunt, nam ſcientia quælibet proprios habet inquiſitiõis modos quibus res dubiæ conſtare certæ

poſsint. Epicurei ergo qui ſine literarum eruditiõe, philo ſophari cœperunt prope fluctuantia littora continentur, atque locis decliuioribus, Stoici uero Paulo altius ſpeculati ſunt, ideo eminentiori loco relegauimus quibus ſterilem ac æſtuoſam Achademiam conſtituimus et in eã perpetuo locari iuſsimus, ubi otioſam ac continentiſsimã uitã agerẽt, poſtea uero ſunt Peripatetici qui de ambulãtes omnia ſtudioſius inquirunt, hiis optimas noſtrarum diſciplinarum partes contulimus, neque dignitas atque præſtãtia noſtra patere circũquaque poſſet niſi ſeptẽ gradibus ad nos cõſcenderit, quia ſeptem præclariſsimis uirtutibus atque bene inſtitutis moribus, quare horum hominum uirtute atque ſapientia freti in hunc eminentiorem locũ cõſcendere auſiſumus. Omnia ergo triaque Paladi iura contulimus lanceam ut impugnare errantes ſuffitias, ſcutum ut aduerſantia procul repellas, galeã præ tera uirenti lauro ornatam libellos ut omnia ubi pateant loricã thoracem atque talaria ut armis noſtris munitus tutus ſemper incedas, ſi præterea aliquando ad nos redieris hos ſtabiles et diuina arte elaboratos pontes conſcendas & fluctuantia littora & tempeſtuoſa æquora deſeras, quod ſi hæc ſterilia noſtra inculta habitare loca uolueris nonmodo incolarum ſed etiam ciuium perpetua tibi iura concedimus, & hii præclariſsimi homines ſtudiis ac opibus tuis præſidium ferant, tibi præterea & parentes & amici atque rerum omnium agendarum comites fiant, cumque iſta dixiſſet ſeniores illi præclari me admonuerunt ut pro diuinis philoſophiæ in me meritis gratias agerem, cui hæc ſubmiſſa uoce reſpõdi, eſt

Gramatica.

di, Nemo eſt præclara omnium magiſtra & diuina parens, qui tuas efferre laudes poßit, Tu diuinum hominum munus, Te ueteres omnes uates ex Iouis cerebro genitam uolunt tanquam te meliorem diuinitatis partē arbitrarentur. Omnes ætatis noſtræ tibi partes contulimus neque labores neque egeſtatem neque illum mortis genus omiſimus, ut tua & philoſophantium iura ſequamur. Cum paucis meam omnem rationem abſoluiſſem, repente iußit diuina parens ut præclari omnes præceptores atque bonarum diſciplinarum parentes in comites fierent & ex incultis atque areſcentibus locis me liberum educerent, Tunc Plato a dextris, & Ariſtotiles a ſiniſtris medium me continebant, hos infinita propenumero præſtantißimorum hominum multitudo ſequebatur, Plato cui timens adhæſeram ut me aliqua uoluptate recrearet, ſeptem ſeniores qui ſupremum philoſophiæ gradum conſcenderant prope me ſtare iußit, ut enigmata uel meliores illorum ſententias noſcerem. Hii primū apud Græcos ſapiētes appellati ſunt, qui poſtea uero pro ſingulari modeſtia philoſophi quia ſapientiæ amatores dici uoluerunt, nam hiis gradibus ad ueram ſapientiam conſcenderunt, primum incredibili quadam prudentia de hinc animi fortitudine, poſtea temperantia deinde iuſtitia. Cum etiam deorum mores nouiſſent fide ſpe atque charitate ſupræmum hunc locum conſcenderūt, et ut certior fias Taletem antiquißimum aloquaris qui Athenis claruit & primus illorum Sapientum eſt habitus, hic multorum ſiderum rationes inuenit Solis Lunæq; labores, quem cum rogarem, quid antiquißimum? ait Deus Tales.

quid optimũ?Mũdus,qđ eius eſset opus, poſtea dixit ma ximum entium eſt locus quia omnia capit uelociſſimũ entium intellectus,ualidiſſimum neceſſitas,quia cunctis dominatur prudentiũ entium tempus,quia omnia inuenit,præterea dixit quod numina neque finem neque principium ſunt habitura quibus nihil lateret nonmodo noſtra opera uerum neque cogitationes,dixit etiam qualia parentibus munera offerimus Talia etiam a filiis ſuſcipiemus, poſtremo tandem iuſsit ne iniuſte diuari uellem.

Solon. Solon Athenienſis me etiam quibuſdam præclare dictis admonuit,Deos honora parẽtes reuerere,nemini nẽ quãdiu uixerit fœlicẽ dicas cũ facile poſsit fortnam mutare,rerũ initia fortũæ debentur. Solõ finis philoſophiam conſecrat cui conquæſtus quod calamitatem ferre minime poſſem reſpondit,Tales homines qualia uerba deinde ait,ab opibus ſaturitas generatur,& a ſaturitate contumelia,iuſsit etiam ut probitatem iure iurando ſeruarem. Multa præter hæc ſi id præcipuum ſi miſeriæ omnes uno aceruo continerentur,cuique maior calamitatis pars contingeret quam ea quæ ſibi a natura uel fortuna alata fuiſſet,

Chilo. de hinc Chilo Lacedemoniẽſis qui facie ſingularem modeſtiã præferebat a quo ſeniore facto,Ioci cauſa rogaui quidnã Iupiter ageret,alta humiliat & humilia exaltat, quid etiam inter doctos ac indoctos intereſſet,bona ſpe ait iniurias pacienter ferre iuſsit & linguæ dominari & maxime in conuiuiis,humiles celebrare nuptias,ſenium honorare,leges obſeruare, poſtrumo ait Fortuna eſt tanquam ignarus madicus qui multos excecat.

Pitacus. De hinc Pitacus Aſianus militri

armatura indutus ſe hiis præfecit et me hiis aloquutus eſt uerbis,aduerſantiū cōtumelias æquo aīo patieris,ego filii mei mortē patiēter tuli neque occiſorē ſupplitio dā naui,et Alceū poetā q principatū noſtrū grauius tulerat ſingulari beneuolentia complexus ſum, & quem ſuppli tio affici poteram pietate liberum iuſsi, poſtremo cum me abiturum nouiſſet uinum bonum malum dixit, bonū quidem natura,ſed ab uſu malum et grauiorem penam ebrios promereri,præterea fortius proclamans ait,opti mas fore uictorias quæ ſine ſanguine fiūt,Bias Aſianus prienenſis ſic me fari cœpit,de diis loquaris ut ſunt & quicquid boni feceris ad Deos transfer.Sapientiam cæ teris poſſeſsionibus meliorem putes, prudentiam dilige diu,deliberatos animicos delige & quos delegeris hos diligentiſsimæ obſerua.Cum quibus ita conuenire opor tet tanquam maximas cum illis aliquando iniurias ſis habiturus, Celeritas beneficium gratius facit,pudicitiā ſeruare ſumopere docet, nam ciues prienenſes cum ſæuo Marte Meſanenſes ſuperaſſent & in nuptas puellas ui ſurripuiſſent has ſine pudore ſeruaui & parentibus in uiolatas reddidi,quare hoſtes optima pacæ placaui,cum etiam aduerſante fortuna omnia mihi bene ſubiecta fo rent nudus meliora mecum ferebam,tibi ergo uirtutis genus omne ſuadeo,Cleobolus Lidius etiam me paucis admonuit, amico benefac ut amicitior fiat,& inimicū amicum efficere ſtudeas & magis amicorum inuidiam caueas quam inimicorum inſidias,quia nocēdi fraus cū non ſuperatur potentior eſt,ciuitati conſulenda ſunt po tiora.Scientiam diligas & ignorantiam fugias neq; te

Bias.

Cleobo lus.

Perainder mulieri familiarem præbeas, & Periander ex ſapientũ numero dixit quod dignitates imortales homines reddũt proſperans tamen modeſtus eſto infortunatus uero prudeis amicis fœlicibus & infœlicibus, idem ſic Tyranni melius beneuolentia quam armis munuitur, uerbaque que nephanda omittas uerum cum ſapientes omnes propter uetuſtatem tardius pergere cogerentur: Ariſtoteles cui ualidiores uires inerant me longius ire compellebat, Zoroaſtes tamẽ adeo extulit naſcentes oẽs uagitu ſe ad labores atque erumnas genitos dixit neque riſum niſi poſt longiora tempora maniféſtant, cæteri etiam phi loſophi cum ab inceſu ſe continerent atque otio fruerẽtur præclarum aliquid efferebant ut omnes attentiſſimos redderent, nam Pitagoras Anacarſis Empedccles Anaſimenes, cæteri ſuas ſententias ex probrabãt, cumq; ad excultam Achademiã rediſſemus ubi Socrates Seneca Demoſtenes Cicero Homerus Virgilius. Multi præterea Oratores atque Poetæ cõtinebãtur, ut Platoni ac cæteris Stoicis morem gereremus nos aliquamdiu contimuimus & deorum et intelligentiarum ac hominum mores diligenter inquiſiuimus, uerum a quibuſdam optimas atque præclaras ſententias ſuſcepimus a quibuſdam tãtam uim ac dicendi facilitatem ut oculi aures ſemper a dicentium ore pendereẽt, noueram enim quibus uel a natura uel a doctrina tanta dicendi exercitatio & uis inerat. Quibus pro ipſorũ præſtantia & dignitate omnes honoris & reuerentiæ partes contuleram & gloria imortales fieri iuſsimus. Quare Ariſtotilem ſequutus me iocis recreabat, nam Hetropeliam etiam doctis

Ariſtotiles.

Zoroaſtes.

licere hominibus dixit, quare Eſculapius Hippocr. Gale-nus Auicena multi & præclari Phiſici noſtræ profeſſio nis iure me nunquam deſeruerunt a quibus multa et qui dem præclara documenta ſuſcepimus ſed Auerois et A-lexander comentatores ſepenumero uidebantur eſſe con trarii quorum controuerſias frequenter ſedauimus, ſicq; properantes ad exetremum inſulæ decurrimus, poſt ita que longam inquiſitionem Ariſtotiles me paucis admo-nuit a uera Philoſophia nunquam animum amouerem, quoniam habet admirabiles delectationes puritate ac firmitate ſui opus, tamē fore exteriori proſperitate ho-mine enti non enim natura per ſe ſufficere ad ſpeculari ſed oportere uitam exiſtere & famulatum exquirere. Cumque famis ac uigiliarum inſtantia rerumque ma-ximarum cupiditas me alio ducere curarent hiis Palla-dis armis abii tanquam tutus incederem & in oppoſi-tam eius templi partem me contuli.

De inquiſitione ſemptem artium mechanicarum. Cap. II.

POSTEAQVAM ſpeculatiuarum diſciplinarum rationes a præclara omnium inuentricæ philoſophia ſuſcepimus, iam inſtat ut practicarum artium particulares cauſas ĩquiramus, nā Theoricæ ſciētiæ mē tem perficiūt ſed operatiuæ omnibus humanis actionibus præſidium ferunt, cum ergo ad oppoſitam eius loci par

rum gregium continebatur, tanquam hiis brutis legem imponeret illiſque alimenta pararet, aliquando enim blā dis manibus feras demulcebat & quaſdam aliquando fugabat, paucæ huic comites aderant heæ uellera quandoque tondebant frequenter tamen magis brutorū ubera exprimebant lac emulgentes, uerum hoc maxima me uoluptate recreabat quod brutales mares femellis couiungebant uirilia obtractantes ut ad coitum atque generationem ſufficerent, mihi ſepenumero ſuadebam quod mulieres illæ maxima diligentia cura omnia agerent ſi a uiris talæ præſidium accepiſſent, quamuis enim mulier quædam omnibus præſtaret. Multi tamen homines & quidem inſulti atque ignari qui brutis ſimiles uidebantur nulla uerborum ſignificatione aliquid profitebantur et tanquam inſciæ Beluæ, hii homines loquebantur uerum me aliquando fiſtula recreabant et ſi aliquādo alimenta præbuerant lac potui & caſeum eſui tanquam cæteris omnibus caruiſſent, ſingulis etiam animalium particulis aliquid conferebant quia pilis cornibus atque unguibus, ſed quia hos brutales mores abhorrui hominum & ferarum greges euaſi & alio me contuli ubi tecta ſubirem & a feris & imbribus ac ſementibus omnibus impræſsionibus tuerer, in eum locum tot uiri conuenerant quidam ligna ſecabant et alii molliora reddebant cæteri uero ſuis ordinibus diſponebant plures ac differentes illis formas & ſitus præſtantes. Quidam etiam lapides componebant et cimento ligabant tāquā maximam ac uetuſtiſsimam Babilonis turrim ſtruere inſtituiſſent, tantus erat hominum cōuentus tam uarius

Teatralis.

apparatus tam uariæ artes pluribus inſtrumentis pro feſſe architectonicæ miniſtrantes ut nulla earum artiũ admiratione carebat, tantus hiis labor tanta rerum agen darum ſolertia quaſi nihil omitterent, quod ad eam archi tecturam ſpectaret, cumque horũ hominum labores ab horruiſſem neque mihi uires ſufficerẽt quibus me illis æ quare poſſem procul abire curaui, ubi erat mulier quæ

Lanifi- tium.

uellera maxima cum ſolertia parabat. Multæ præter hanc mulieres aderant quibus imperabat ut neerẽt aliis ut texerent nullaſque muliebres artes omiſerant quæ ad texturam ordinarentur. Sed quia longius pergere cura-

Nauifaci na.

bam in eum locum defluxi ubi maximas ac ingentes Na ues ſtruebant tanto lignorum apparatu atque ſeriæ ut nonmodo confictus ſed hominum immenſus clamor au- res abſurdeſceret, niſi præterea eos nouiſſem qui mulieri obſequebantur facile mihi ſuaſiſſem eo pacto conueniſſe ut Archam Noe conſtruere cuperent quæ futurum di- luuium expaueſceret uel maximam Archon quæ Neptu no aliquando admirationem induxit, hii nanium archi- tectores ſe tanta dignitate præferebãt tanquam cæteris hominibus præſtarent, ego uero neque illorum aſueſcere moribus neque ſuæ profeſsionis accipere rationem po- tui, quare ſplendenti & eminentiori loco me contuli ubi

Militaris.

tot peditum & equæſtris ordinis acies tot circus tãque differentia inſtrumenta bellorum ſic inuadere urbes uel ſuperare orbem cuperent, hii ſe tantis laudibus efferebãt tanquam caſtra & fortia quæque mœnia debellaſſent, multo quidem maiora profitebantur, quibus autem uiri- bus, hæc auxiſent prorſus admirabar uexilla etiam in

altum

altum extulerāt, quæ acies inſequebantur & tubas et cor nua & cætera bellorum inſtrumenta proclamātia atque ſonora præfecerant, horum inſolentiam prorſus abhorrui, propterea alio loco me contuli ubi mulier aderat quæ pietatem maximam ſingulari diligentia omnibus profitebatur quicunque ex ſuperioribus ordinibus aduerſa ualitudine continerentur ad hanc confugerant tāquā ab ea opem expoſcerent, hiis languentibus pigmenta & plurima antidotum genera præſtabat. Quicunque igitur grauiori morbo oprimerentur gratiā ac ſuffragia expoſcebant, nullam quidem curam omiſerat, ſed omnia inſtrumenta præferebat quibus morborum euentus prohiberet, ſed cum oculos extuliſſem quædam turium aurea cacumina procul conſpexeram ad quæ decliuiora loca defluere prorſus inſtitui, quamuis infinita propenumero aduerſantia meum aditum prohiberent, primum erant et lacus & fluctuoſa loca quæ adire nemo poterat, poſtea uiæ, agri, et eminentiora quæque loca æquoreis fluctibus tegebantur, quæ conſcendere nemo poterat niſi aquis ſuperferatur. Cumque omnia eius loci additum prohibentia ſuperaſſē pro hiis quæ philoſophia oībus hominibus diuina parens contuliſſet in ſplendentē auream que paludem defluxi. Illorum tamen hominum uitæ ac morum ignarus, Mercedem tamen atque gloriam promerui, multa tamen huic ſorti maximo impedimento fuere, tantus tamen erat urbis ſplendor atque dignitas, tanta ciuibus diuitiarum copia, tanta uerborum liberalitas humaniſſimuſq; cōuentus ut ſingula & quidē maxima quæ fœlicia Aſtra pollicita fuerant ſperare liceret, poſtea uero

Medicina.

quã meæ profeſsionis iura ſignificaſſem ſublimẽ illum magiſtratũ adiui. Sed in ſupremo ac eminentiſsimo Thro no ſedebat mulier tam digniſsimorum morum & aſpe ctu maxime uenerando ut neque fari neque quicquam auſerim aliud, facies decora neq; maximã uetuſtatẽ poſt ſe ferebat, frons oculi atque decentiſsima ora, dextera Enſem ſiniſtra Librum tãquam uiribus ſuperare ac præ cipuo iure metiri ſingula uellet, oculos tamen pro mode ſtia ad ima conuerterat, capite coronam gemmis auro que refertiſsimam quã omni exiſtimatione a Iunone Pal ladis ſuffragiis promeruerat. Crines aurei quidam tamẽ præ uetuſtate argentei quos adoleſcentularum more hu meris ſuperferebat, cæteræ corporis particulæ ueſtimen to aureo & fulgentiſsimo tegebantur iuxta pedes aſiſte bant præclariſsimi quidam quorum aſpectus mores & dignitatem maximam præferebant. Franciſcus Foſcari dux quẽ cæteris omnibus ciuibus præfecerat, Talis ſe ha bitu et moribus continebat qualis nullus unquam prince ps habuerat, poſtea multi præſtantiſsimi ciues ſuis ſe or dinibus continebant quia conſiliari ſapientes, hii quidẽ maiores cæteri uero minores, de hinc reliqui eius colle gii præclariſsimi homines, poſtea uero quam mihi om nes uires redditæ ac dicendi uigor inualuit ſic fari illam cœpi. Nemo eſt diuina parens qui dignitatem tuam, poſ ſe, atque ſplendorem non admiretur, tu inſcios conſilio re gis & egenis atque opræſsis diuitiarum copiis ſatisfa cis, omnes mundi prouintiæ tua iuſſa ſequuntur, tanquã cæteris omnibus auream ſapientiam anteponant, nul li principes, nullæ res publicæ ſiue mercaturæ tuarum

Franciſcus Foſcari D.

agendarum rerum ſunt expertes,ego qui urbis tuæ omnia ciuilitatis iura ſubiui etiam iuſſa tua ſponte ſuſcepi,nam a puero bonarum artium ſtudiis uerſatus ,ut dignitates ſplendoresque tui omnes præclare geſti perpetuis literis traderentur.Omnis quidem illuſtriſsima pates,Theucrorum Græcorum Pœnorum ac Romanorum gloria excidiſſet niſi ab oratoribus ſiue poetis perpetuæ memoriæ tradita forent,neque maior unquam mea in te ſita fides,quare me tuæ ſerenitati commendo.Franciſcus Foſcari,qui præclare ac uetuſtiſsimæ illius mulieris uices agebat ſic me affatur .Ciues omnes noſtros ſumma beneuolentia & precipua pietate complectimur eos potiſsimum qui moribus doctrina uel quo uis alio uirtutis genere floruerunt,eſt enim a nobis ſcientia & tua ſingularis explorata uirtus quare te huic urbi noſtræ honori et ciuibus præſidio futurum ſperamus.Hoc tibi ſuadeas,noſtri amoris atque gratiæ maximas partes promeruiſſe,Cum ad nos ſemper redieris,bona te mente ſuſcipiemus facile tamen animaduertere potes quantũ reſpublica noſtra uiribus maximaque dignitate aucta ſit primum Phiſicos atque cæteros cuiuſque ordinis præclaros homines maximis præmiis ad urbem hãc noſtram conduximus,nunc uero ſponte adeunt & magni quidem fiunt ſi domicilium uel ciuilitatẽ acceperint, omnibus mundi hominibus patrocinio ſumus & maximorũ principum ac cæterorum ingentes copias depoſito ſeruamus. Omnibus adiumento ſumus,neminem uiolẽtum ad inferimus,præterea incolas noſtra ſubire iura uoluimus quæ nos & ſi principatum hunc geramus maxime ſub-

ire uoluimus. Omnibus artibus & cuiuſque profeſsionis hominibus leges impoſuimus nullo fœdere niſi Decreto maioris Conſilii permutandas; prætrita quandoque iura deſerimus, ſi noua ſunt magis rei publicæ profutura, neq; Poetæ neque Oratores maximi præclariſsimæ urbis noſtræ minimas exornare partes ſufficerent, nam artes quas ignari homines primũ profitebantur ſic excul te traduntur ut profeſſores ipſi uix ſuis laudibus offerre ſufficerent, nunquam Cibeles ita uirentibus herbis et uariis floribus atque maximis arboribus ornata fuit, neque Ceres unquam tantum uiribus potuit, cui publica priuataque iura condidimus & eam abeuntem maximis muneribus continuimus, neque Bachus unquam tot iura promeruit neque tot illum ſumma ueneratione obſeruantes habuit, & Venus cui paphos urbs uetuſtiſsima Cipria ludos & templa parauerant. Multo plura hac urbe noſtra promeruit, nam ſibi eminentia templa et infinita prope numero Lupanaria ſtatuimus, ubi ludos & munera maxima offerri a laſciuientibus ſinimus. Omnes gentiles Deos uiribus ac ſapientia ſuperauimus neque illos ueneramur, Sed Deum optimum maximum cunctis rebus præfecimus, cuius præſidio naues maximas ſup excelſos montes alarum remigio deferri iuſsimus, æquos currus atque in numeros pedites ſuperfluctuantia æquora noſtro imperio ferebantur, & Plutonem qui obſcuris antris latuit e ſolitis perpetuis ſæuiſsimiſque cauis eduximus cui templum ac miniſtros inſtruximus & ſua ſibi præcipua iura ſtatuimus, et ignara quælibet agriculturæ ratio a noſtris incolis eſt maxima experientia pro-

feſſa, Iunonem in eminentiori urbis noſtræ parte locauimus ſibi Patricios ac priuatos ciues miniſtrantes iuſsimus, & Palladem noſtra urbe ſuſcepimus & eam ciuilitate donauimus quæ uelut amens uelut inſcia ab omnibus profligebatur, ſi paſtoralem ueteres illi uates admirabantur, plurima admiratione ducerentur ſi artes illas animaduerterent quibus feras omnes mites reddimus et noſtris legibus continemus atq; noſtris ſemper parent hominibus illi bonum atque omnim uſum nouerant nos animantium omnium terreſtrium aquaticorum & ſuperioris ætheris, horum igitur animatorum omniū mores nouimus illiſque obſeruatiſsima iura dedimus nullo fœdere uiolanda, uenatores omnium locorum ac inſtrumētorum iura nouerunt & piſcatores noſtri furentem Neptunum mitem rediderunt ut rethia & quæque opræſſionum genera æquo animo paciātur, dii fontium et fluminum & nimphæ omnes noſtris legibus continentur, et noſtri aucupes ex ſublimi & Ethereas aues aduocāt quæ ſi aliquando illorum iuſſa neglexerint uel rethibus aut uncoſis auibus cæteras ſubire iura noſtra cogūt, quo etiam obſecro ingenio qua eruditione præſtantiam domorum admirabilemque theatrum eferre laudibus poſſem, quis non admiretur lapides maximos e montibus præcipua induſtria exciſos, arte poſtea mirabili uariis imaginibus elaboratos & ligna maximis ornamētis parata & domos indicibili arte fabricatas, quæ inſpiciētibus admirabili quadam architectura ſtuporem afferūt neque aurea munimina neque cætera ornamenta deſunt, quæ nonmodo lingua proferri ſed uix ingenio capi poſ

ſunt, homines enim primum cauis arboribus uel montibus aut cæteris obſcuris antris continebantur, poſtea caſas tenui ingenio ac leuiſsima arte ſtruxere, nunc autem ciues omnes noſtri eminentes atque auratas ſibi domos parant quas nullis ſatis laudare uerbis poſſumus, poſtea cum homines mundi ſine ullo uelamine incederent inuerſis ouium aliarumque ferarum uelleribus ſe ueſtibus tegebant, poſtea uero lini uſum acceperunt & telas texere incompoſitas ueſtes parare deinde uſum lanæ nouerunt & pannos texere & ueſtes & cætera indumenta plurima arte parabant. Sed ciues noſtri nonmodo uſum lini ſed telas mirabili artifitio texunt & ueſtes plurima arte parant & cætera indumenta, ſimiliter pannos ex uelleribus tenuiſsimis parant & ueſtibus differentes ac præcipuas formas tribuunt. Sed hoc potiſsimum admirandum intuearis ex ſerico imo ex auro pannos texunt ad mirabili atque diuina profecto arte & uarias figuras inpingunt. Multæ ſunt eius artis partes quæ omnibus præcipuam admirationem inducerent, poetæ igitur illorum ueterum artibus ſua præclara elocutione multa addiderunt, ſed has noſtro tempore inuentas ac exculta ſuo præclaro ingenio capere aut exornare minime poſſent, præterea primeui homines uitam agebant comeſtioni plurimum intendentes; poſtea uero cum ingenio exceluiſſent ad ea mentem contulerunt quæ ad uoluptatem & ualitudinem accederent, que res præclare ac utiles diſtantibus locis generabantur, ubi adire nauibus oportebat quæ maris diſcrimina ſuperarent quanta uero noſtris hominibus conſtruendarum nauium ratio atque experiē

tia ſic intueri facile potes,ſiue magnitudinem ſiue formã ſiue numerum animaduertas,res quidem dictu difficilis nullæ tam diſtantes regiones quæ noſtris claſibus ſiue triremibus præſidium non accipiant.Omnia mundi extrema nouimus,omnia maris diſcrimina ſuperauimus. Si Neptuno una argos ſtuporem induxit quanta iam ad miratione tenetur,Cum infinitas prope numero noſtras puppes longe maiores intueantur,ſi præterea mille græcarũ nauium onus deferre uix potuerũt quãta iam præſura tenentur cum noſtrarum decies centena millia laxatis humeris deferãt,mirabili ac ſtupenda arte elaboratas quæ intueri facile poteris ſi Arſenale noſtrum diligenter animaduertas,multæ artes ſunt ad nauigationẽ quam maxime neceſſarie quæ ingeniũ ac omnem dicẽdi uim ſuperant,res quidem maximas breui tibi oratione complector & quia homines agrorum cæterarumque rerum fraude aut ui aliorũ partes ſurripere curabãt pro quibus maximæ diſcordiæ exorte fuerunt,ideo quæ tute uendicare nemo poterat armis ſæuoque bello ſuperare uoluerunt,propterea militarem artem inſtituerunt maximo noſtris ſeculis ſplendore cultam,de hinc præcipuo ingenio auctam,uerum tamen multum inter noſtrã ueterumque militiam inter eſt,nam primeui homines nulla militari diſciplina hoſtes inuadebant nunc acies ſtruũt primo pedũ de hinc æquitũ,horũ quidã præferũtur q̃dã ſumma rõne ſequuntur,tantus ſplendor tanta exercituum dignitas ut qui rebus bellicis præſunt uix minimas partes fari poſſunt,tanta quidem claſſe aliquando hoſtes inuadimus & tanto terreſtri exercitu curruum

peditum æquitum ut omnem debellare imo ſuppedita-re orbem noſtri comilitones debuiſſent, & quamuis ali-quando plures acies congrederentur nuuquam tamen tã ta belli uis & armorum clangor non tam magnificus bellantium apparatus ſicut noſtris hominibus qui maxi ma & infinita bellorum inſtrumenta præferunt, tan-quam Mars ſuas omnes uires colegerit hunc profecto noſtris ſepenumero exercitibus præfecimus, hunc e cœ lo aduocauimus ſibique publicam mercedem ſtatuimus ut ſumma fide res noſtræ agerentur, facileque magis ho ſtes debellarētur, ueterũ igitur poetarum & oratorum deliramenta ommittás, quæ potius ſplendore uerborum quam pro rerum magnitudine traduntur, Res autem no ſtras longe infrà ſuam dignitatem exornare potuiſſent & quia medicinalem diſciplinam aliquamdiu profeſſus es inquiramus quantum inter hanc illorumque, ueterum eruditionem & experientiam interſit. Appollo Heſcu lapius & ſeniores omnes phiſici leni quodam experi-mento & quarundam herbarum cognitione diuinitatē promeruerunt, noſtri uero medici omnium particularũ corporis humani maximam eruditionem acceperunt & cuique aduerſæ ualitudini diuina remedia cõtulerunt, nã primum morborum rationes inquirunt quibus de hinc cauſis aduenerint quæ accidētia illos cõcomitantur ſiue ſequantur, quale poſtea egris uitæ regimen conueniat et qualia proximari medicamenta oportet, quare medici noſtri actiones parum infra diuinas efficiunt, quas etiã phiſici oratores uix ſuis codicibus inſcripſere, poſtea ue ro partem Phiſicam tradiderunt cui tantum acumen ut

maximam

maximam diuinitatem prius ſe fecerant ferant. Omnibus harum artium profeſſoribus leges inponimus & ſuorum principiorum rationes atque cauſas tradimus, hocque tibi ſuadeas res tenues minimasque noſtras maxima ueterum geſta ſuperaſſe. Multas prætere a ornatiſſimas artes ĩ hac urbe noſtra mirabili artifitio excultas intelliges, nam pictores uiuas imagines atque omni ſpiritu plenas parietibus inpingũt, ſculptores ſiue lapidibus ſiue lignis quaſi uiua corpora excidũt, fabri auri, fabri & cæteri foſores omnes ueras actiones ſuperant & tinctores arte ſua naturales omnes colores excellunt. Si præterea animaduertas quo erudito ingenio utrumq; diſponunt uarioſque colores inferant, item ueras atque fictas imagines tribuant, ſi criſtallnm auro elaboratum ſi gemmas admirabili arte cultas quibus ſtupendas imagines ſiue formas imprimunt. Multæ ac infintæ prope numero artes ſunt quarum profeſſores tanquam diuini homines pro ipſorum excellentia crederẽtur, quid plus uel a natura producitur quod noſtrorum hominum opera ingenio non ſuperetur, quia gemmas aurum argẽtum & cætera maxima naturæ ui producta efficiunt, te igitur ad tua ſtudia referas & ſi quid diminutum eſt addas quæ uero ſuperfluunt excidas, illaque exornare plurimum uellit, nullum profecto ingeuium nulla dicendi uis res noſtras geſtas atque gerendas exornare poſſet quis urbis noſtræ oportuniſsimum ſitum non admiretur, auro gemmis omnibusque præclaris copiis refertiſsimum. Quis et ariſtrocatiam noſtrã non admiratur, quæ ſupercœleſti regium morem gerit & diuinarum

inſtitutionum formam imitatur, quare noſtro conſilio toti orbi adiumento atque præſidio ſumus, nam ruiturã eccleſiam ſæpenumero noſtris humeris continuimus & captiuatum imperium e carceribus noſtris triremibus liberum fecimus, Reges etiam maximos a ſeruitute, imo ab oppræßione liberamus, res publicas uetuſtißimas atque præclaras incolumes ſeruauimus, ne iniuſta Tyrannide oppugnarētur. Multos præterea principes ſuis magiſtratibus continuimus ne aliorum uiribus exciderent quòd ſi aliquando regno pulſi ſe ad urbem hanc noſtrã contuliſſent nobilitate maximiſque muneribus illos donauimus. Ciuibus autē noſtris & de republica bene meritis maxima præmia contulimus, neque cæteros omiſimus ne hac ſterili urbe pereant, imo infinitos numero ciues qui aduerſante fortuna copias amiſerunt & a ſolita ſibi gloria exciderunt noſtris ſiue priuatis ſiue publicis ſuffragiis alimus. Omnibus hominibus alũna omnibus parens omnibus tutum domicilium præbemus, tibi uero meliores ciuilitatis partes, tua igitur eruditione tua opera magnificæ tibi ſufficias. Si præclaris hominibus pro ſuarum uirtutum excellentia premia donaremus, publicaque uectigalia priuatis ciuibus traderētur, neque nobis pro republica uires ſufficerent, neque Alexãdro morem gerere inſtituimus qui roganti Obolum caſtrum pro dantis liberalitate donauit, neq; miſerrimi antigoni auaritiam imitamur, qui pauperem circum rogantem Obolum, repulit, tanquam maius munus peteret, quam conueniret, poſtea uero cum denarium peteret minus id fore quam regi conueniret. Alexander igitur li-

beralitatis rationem ignorauit,quæ non ad poſſe princi pum ſed ad ſuſcipiētiũ merita eſt referenda.Sed Antigo nus & liberalitatis & pietatis rationem omiſit,nos ue- ro omnibus hominibus pro ipſorum meritis præmia do- namus,cumque hæc dixiſſet gratias egimus & hiis eã aloquimur.Maximum abſte diuina parens munus ſuſce pimus cum primũ mercedē tribueris de hinc patrociniũ optimum,ac præclaram ciuilitatē,qua ſe principes om- nes beare ſolent,tibi perpetuam ualitudinem maximumq; imperium cupimus,quo me fœlicem exiſtimo,quod præ terea ab optimo immortalique deo tibi conceſſum arbi tramur hoc propheta teſtatur pſalmo. Confitemini domi no quoniam bonus quoniam in ſeculum miſericordia eius dicant qui redempti ſunt a domino quos redemit de ma nu inimici de regionibus congregauit eos,A ſolis ortu & occaſu ab Aquilone & mari errauerunt in ſolitudi- ne in aquoſo uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, eſurientes & ſicientes anima eorum in ipſis defecit & clamauerunt ad dominum cum tribularentur,& de ne- ceßitatibus eorum eripuit eos & deduxit eos in uiam re ctam ut irent in ciuitatem habitationis,confiteantur do mino miſericordiæ eius & mirabilia eius filiis hominũ quia ſaciauit animam inanem & animam eſurientem ſa ciauit bonis,ſedentes in tenebris et umbra mortis uictos in mēdicitate et ferro quia exacerbauerunt eloquia dei & conſilium altiſsimi iritauerunt & humiliatum eſt in laboribus cor eorum & infirmati ſunt nec fuit qui adiuuaret,& clamauerunt ad dominum cũ tribularen tur & de neceſsitatibus eorum liberauit eos & deduxit

eos de tenebris & umbra mortis & uincula eorum diſ rupit, confiteantur domino miſericordiæ eius & mira bilia eius filiis hominum, qui contriuit portas æreas et uectes ferreos confregit, ſuſcepit eos de uia iniquitatis eorum, propter enim iniuſtitias ſuas humiliati ſunt. Om nem eſcam abhominata eſt anima eorum & appropin quauerunt uſque ad portas mortis et clamauerunt ad do minum cum tribularentur & de neceſsitatibus eorum liberauit eos. Miſit uerbum ſuum & ſanauit eos & eri puit eos de intentionibus, confiteantur domino miſeri cordiæ eius & mirabilia filiis hominum & ſacrificent ſacrificium laudis & annuncient opera eius in exulta tione qui deſcendunt mare in nauibus facientes opera tiones in aquis ipſi uiderunt opera domini & mirabi lia eius in profundo, dixit & ſtetit ſpiritus procelle & exaltati ſunt fluctus eius aſcendunt uſque ad abiſſos, ani ma eorum in malis tabeſcebat, turbati ſunt et moti ſunt ſicut ebrius & omnis ſapientia eorum deuorata eſt, & clamauerunt ad dominnm cum tribularentur & de ne ceſsitatibus eorum eduxit eos & ſtatuit procellam eius in auram & ſiluerunt fluctus eius & lætati ſunt qui ſil uerunt, & deduxit eos in portum uoluntatis eorum, con fiteantur domino miſericordiæ eius & mirabilia eius fi liis hominum & exaltent eum in eccleſia plebis & in Cathedra Seniorum laudent eum, poſuit flumina in de ſertum & exitus aquarum, inſitam terrã fructiferam, in ſalſuginem, in malitia habitantium in ea, poſuit deſertũ in ſtagnum aquarum & terram ſine aqua in exitus a quarum & collocauit illic eſurientem & conſtituerunt

ciuitatem habitationis & ſeminauerunt agros & plantauerunt uineas & fecerunt fructum natiuitatis, & benedixit eis et multiplicati ſunt nimis, et iumenta eorum non minorauit & pauci facti ſunt & uexati a tribulatione malorum & dolore, effuſa eſt contemptio ſupra principes & errare fecit eos in inuio & non in uia & adiuuit pauperem de inopia et poſuit ſicut oues familias uidebunt recti & letabuntur & omnis iniquitas opilauit os ſuum, quis ſapiens & cuſtodiet hæc & intelliget miſericordias domini, quidam præterea illuſtriſsime princeps, cum rei publicæ tuæ mores ac ſitum animaduerterent, tanquam diuini uaſtes nobis tradiderunt, urbs aquoſa & arboribus aridis inſita afixa paludi conſulta ſupra ſalubri prouiſione nobilium. Si ſiderum ſtrata non deficit infra duo antequam tria luſtra prætereant fauentibus omnibus ſuperis omnia uicina. Opida optinebat & prius in proximum biſantium Romeorum ſubiugabit non tamen feſtino ſed lento paſſu in occiduis et orientalibus oris uelut ſidus radians coruſcabit, ſtupebit flos rubens balſamque Griſo totaque auſonia timebat ne ſub baculo aquatico mancipium deficientibus regibus reducant, quia ex otio Germanorum & orientalium utrunque uacabit imperium, illa glorioſa terra & domi illuſtris foris iuſto imperio animis in conſilio Liberis alienis comodo proprio priuato odio iuuenili conſilio pace abſq; ferro omnia quæ uolũt facile ſubiugabũt, Aſtrologi etiam ſereniſsime princeps qui prima urbis tuæ fũdamenta nouerunt perpetuum tibi imperium policentur, hac ſiderum ordinatiõe anno domini. 421. die. 25. Mar

tii principium fundamenti ciuitatis Riuoalti fuit iniectum circa horam meridiei in qua erant diſpoſitiones planetarum cœleſtium corporum & partium cœli ut in eius ſcripta figura notatum eſt, & ſcire oportet quod annus prædictus proceſſerat hora arabum per ſeptem collectiones minus duobus annis expanſis & ſex menſibus ac quinque diebus, fuit autem motus gradus ſphere gra. 2. 2. 49. indiminuendo ut apparet per argumentum eius quod fuit, ſignis. n gra. 1 3. m. 44. Secundæ . 47. prima domus Cancri. 2 5. 2 2. Secunda Leo . 1 7. 5 9. Tertia Saturnus. 27. 1 0. retrogradus ĩ Virgie. 1 0. 2 0 Quarta mars. 1 4. 2 8. retrogradus ĩ Libra. 4. 39. Quinta Scorpio. 1 4. 2 8. Cauda. 29. 1 8. Sexta Sagittarius 2 9. 1 9. Septima Capricornus. 2 5. 22. Octaua aquarius 1 6. 5 9. Nona piſcis. 1 0. 2 0. Iupiter. 1 3. 1 1. directus Decima aries. 4 1. 3 4. Mercurius. 8. 5 5. directus Sol. 4 3 9. Vndecima Taurus. 1 4. 2 2 . Venus. 4. 1 2 . Caput Dracõis. 2 9. 1 8. Duodecima geminis. 2 9. 1 9. Lũa. 1 4 2 8. Quia ergo felicia ſidera Iupiter Venus Luna Sol atque Mercurius maximum ac prope diuinum imperiũ tuæ urbi pollicentur, neque infortunæ, quia Saturnus et mars ſunt impedimento futuræ tibi tuisque ciuibus bene ſemper ſperare licebit, cum hec dixiſſem mulier illa præclara nobiliſsima quæ aliquandiu ſiluerat ne ſuorum munerũ ex pers abirẽ repẽte iuſsit ut Franciſcus Foſcari in aurea militiæ ornamenta conferret, quæ poſtea quam magno ciuium conuenti aliarumque rerum ſplendido apparatu contuliſſet, abire prorſus inſtitui, quo maxima præmia promeruiſſem. &c.

De Tropheo beate Virginis Mariæ.

Cap. III.

CVM ab ea nullam habiturus mercedem abiſſem ad ſupremã illius templi partem confugi quæ omnium planetarum ac ſiderum maximo ſplendore fulgebat,ubi cuiuſdam ſupercœleſtis exercitus maximus conuentus aderat ut nonmodo hæc tradi literis poſſunt, ſed nulla ingenii ui excogitari,nam homines quidam extenſis in cœlum manibus pſalmos decantabant quidam oculos atque mentem in deum conuerterant tanquam ſuorũ operum maximam mercedem expoſcerent,primum tamẽ incedebant ſenes duo alter uexillum humeris deferebat, in quo lex uetus inſcripta erat.Senior autẽ mas cui ob uetuſtatem tenues uires inerant etiam uexili grauitate onus deferre uix poterat, ut ex humeris aliquando excidiſſet hos facile mihi ſuaſi primos fuiſſe parẽtes.Quicũque dei præcepta neglexerint nudi abiecti ad cœleſtia reddire curabant.Hos pueri & ſeniores multi proſequebantur,ſed unius membra omnia erant cruore perfuſa aderant & uiri quidam aſpectu quam maxime uenerãdo,ſed unus omnes qui incredibili uetuſtate præceſſerat horum inſcios ac ignaros mores longius admirabar quãuis neque arte neque animo diuinum cultum profiterẽtur,hos ſequebatur turba multa quam diuumeraae nemo potuiſſet.Cum igitur aliquandiu per aſperam & lapidoſam uiam iter aripuiſſem ut laſſata membra reficeren

tur diligenter animaduerti qualis hæc uia foret qua lon gius incedere oporteret, erat.n.rectiſsima, ſed inequa lis et aſpera uerum ex lateribus duo curentia et clario ra flumina,quorum intuitus omnes recreabat et aliorũ aditum conſenſum prohibuiſſent,nam transfluuium gen tiles et quidem præclariſsimi homines noſtrum congreſ ſum admiaabantur nobisque fieri comites cupiebãt quos ea flumina continebant,neque illius uiæ multum conſen deram,cum ſenex quidam uenerandus adeſſe uiſus ſit, in quem oculos et reuerentia genua conuerteram,hunc tres filii cum maxima caterua ſequebantur, primus Aſianos mores habebat.7.26.nationes eum proſequebãtur,quæ maxime differentes ſermones efferebant, alter tanquam ex Africa profectus quem triginta unum nationes ſe quebantur, et alter ex Europa quem nationes quatuor decim ſequebantur,neque tot hominum efferre numerũ poſſem,multi tamen rebus a ſe præclare geſtis præſtabãt quos et ipſorum opera quam maxime admirabar,neque hos nouiſſem niſi ſe aut ex ordine Sem aut Cam aut Ia phet dicerent eſſe profeſſos,quos Noe filios fuiſſe legi mus tot hominũ ignauiſsimæ turbæ noſtris,qđ moribus diſsimiles et properans hos deſerere maxime curabam poſt hos acceſsit ſenex quidam aſpectu et moribus di gniſsimus quem uenerandi comites ſequebantur qui ha bitu Patriarcharũ incedebant in hos oculos aliquandiu conuerti uirtutem ac religionem animaduertẽs,nihil qui dem omiſerant quod ad dei cultum accederet, hii et ho locauſtis et uariis inſtitutionibus ſacra parare deo cu rabant,tanquam uitæ morum ac religionis imponere le

ges

gẽs cuperent quidam ſuis ſucceſſoribus mores imponebant quidam diuinas profitebantur leges ſumopere obſeruandas quidam diuina iura lapidibus inſcripſerant tanquam cæteros & diligere Deum & amare proximum uelint, nam primi homines ueras leges ſequi tantũ modo curabant, Sed has quas a deo uera erudttione ſuſceperant. Sacerdos etiam quidam Aeneum ſerpentem ſupra palum ferebat quem multi conſpiciebant & ab eorum langoribus incolumes reddebantur, hii tamen moribus & ueſtibus abiectiſſimi tanquam nemora & ferarum loca incoluiſſent, tot hominum greges occurebant, ut nunquam ab hiis me abſolutum exiſtimaſſem. Cũ enim multi præteriſſent multo plures occurebant, poſt hos illuſtriſſimi quidam reges ſequebantur, quibus ſumma dignitas atque maieſtas, neque hii quicquam omiſerant quod ad dignitatem & religionem accederet, nam habitu Regio & quandoque abiectiſſimo, Pſalmos decantabant & maximis quidem ſacrifitiis inſtrumentis ſonoras Deo laudes præbebant tanquam legis noſtræ obſeruationem præſciſſent, horum dignitatem ac præſtantiã longius admirabar, nam tantus erat horum ſplendor dignitas atque maieſtas ut me ad uiarum extrema contuerim quo magis illis cederem, præterea ſacerdotes quidam humeris Archam deferebant & multis pro conſuetudine illorum odoribus ſonis himniſque refertam uenerabantur, horum mores cum ad noſtros retuliſſem uehemẽtius admirabar, nihil enim omiſerant, quod etiã ad Chriſti religionem nõ accederet, hii quidem ſiue principes ſiue Reges ſiue Imperatores maximi & dignitate ac ſa-

crarum literarum eruditione præſtabant, poſt hos quidam abiectiſsimi ac uenundiſsimi ſequebantur, pueri atque puellæ ſeniores ac iuuenes flentes qui me pariter flere cogebant, incredibilis pietas meum animum abduxit, ut cum hiis frequētes lachrimas et in altū ſumma efferre ſuſpiria cogebamur, horum maxima pietas et rerum prætereuntium triſtitia & uiarū inequalis aſperitas me tanquam amentem ac ſtupentem continuerant ut nec longius proſequi aſperimum iter curarem. Sed poſt ea quam animum et oculos altius extuliſſem uidere uiſus ſum hoiem qui matiem induerat & hanc uelleribus tegerat, uerum brachia et pedes indumento carebāt, dextera manu uirgam aridam longam rectam ferebat. Similiter breuæ, inſcripſerat enim Ecce Agnus dei qui tollit peccata mundi, ſed ore proclamabat, ego uox clamantis in deſerto parate uiā domini rectas facite ſemitas eius, hunc Grifo quidam ſequebatur, qui præcipuo iugo curruì fuerat alligatus quem multis hominibus onuſtum et propter meā inequalitatem firmo cum labore trahebat, quare nunc pedibus nunc aliis illum ducere cogeretur et præanguſtia ex ſingulis corporis particulis guttæ ſanguinis effluebant, frequenter profecto admirabar quo pacto iugum ſubiſſet & currum ducere cogeretur, nam rotarum ad lapides frequens & inopinatus concuſſus ad ſidera ſonos ferebat ut illum ruere quiſque putaſſet. Sed quia graui ligno & humeris ſuperextenſo groſſo continebatur, ideo currus minime ruere potuiſſet præſertim cū hii qui currum continebant et manus et oculos intentiſsimos præbuerunt ut illius caſum prohiberent, ſupra

timonem anteriorem quædam mulier continebatur et ue ſtæ & facie candidiſsima quæ oculos in cœlum conuerterat ſuæ iuſtitiæ mercedem expoſcens, dextra manu uexillũ ferebat ſupra quod lex noua inſcripta erat, a dextris erat mulier cuius aſpectus & ueſtes rubere quam maxime apparebant, & dextrum oculum ad cœleſtia ſiniſtrum uero ad ima conuerterat, quæ autem in ſiniſtra & anteriora currus parte ſedebat capite lauream coronam & uirentem ueſtem ferebat tanquam cœleſtis patriæ gloriam expoſceret, in medio currus erat adoleſcentula quædam uirgo tam ſublimis & uenerãdi aſpectus ut hanc omnes admirabantur, & eam quiſque ſuis laudibus efferebat benedicentes & glorificantes deo, huius caput & facies candidiſsimo uelamine tegebatur quod a uerticæ uſque ad pedes ferebat, oculi ueluti fulgentia ſidera. Sed dexter cœleſtia ſiniſter terreſtria intuebatur, ueſtis ex fulgentiſsimo auro uariis exculta laboribus, infra palium ueſtem ſucinctam & uiridem habebat, iuxta pedes erant quatuor mulieres ãnis refertiſsimæ modeſtimo aſpectu atque uirgineo, quæ præclaram illam adoleſcentulam in altum extulerant, tanquam illã manibus continerent, hæc autem iunctis ſupra pectore manibus et deflexa ceruicæ oẽm pudicitiã oẽm modeſtiã profitebatur ſuperaſse in poſteriori eadẽ parte ubi dextera rota circũducitur erat uir humãiſsimi aſpectus, ꝗ alterum in Grifonem alterum in uirginem oculũ cõuerterat, ſupra poſteriorem eiuſdem partis aſſem ubi dextera ac poſterior rota circunducitur, erat ſenior quidã hunc ſequebatur, cuius ora ſenis pedes pertingebant &

uagitu maximo proclamabat,ſupra ſiniſtrã & poſterio ra ſe,erat ſenex quem bos mugiens ſequebatur, tanquam necem expaueſceret,ſuper anteriora a ſe ſiniſtra erat ſenex aſpectus maxime uenerãdi,qui currui manibus & pectore firmiter adeſerat,ubi aquilã aligauerat quæ aliquando caput in altum extollebat & aliquando ad ima conuerterat,hæc mobiles alas excutiebat & omnia membra trementia tanquam perferri ad ſidera uellet, in poſtrema currus parte erat mulier, longeua profecto aſpectu & habitu moribus quam maxime uenerandis quã minime adiſſem niſi oculis manibus & lena me fronte aduocaſſet,ad quam me totum contuli tanquam erudiri & ab ea refici quam maxime cuperem quæ me brachiis complexa etiam materna pietate continuit, poſt longam peregrinationem me currum conſcendere iuſsit ut& longe magis conſpicerẽ et mẽbra quæ uiribus carebant parum reficerentur,cum itaque currũ conſcendiſſem infantium & laſciuientium more,inſcios oculos huc & illuc circumferebam, nam ſiue ante ſiue poſt atergo inſpicerem omnia et admirationem & ſtuporem maximum afferebant, Tacens tamen ignarus prorſus uidebar neque quid primum expoſcerem mihi recte ſuaſeram,quæ omnia cum obſeruantiſsima illa parens animaduerteret me hiis uerbis alloquitur, Si noſtris aſſueſcerem moribus, ſi noſtris eruditionibus inſtitutionibus cupis neceſſariũ eſt ut aliã tibi uitam ſuadeas,nam ſcientia quælibet,imo & omnis ars ſuorum effectuum cauſas inquirit,quare philoſophi & cæterarum bonarum artium profeſſores ſatisfeciſſe arbitran

tur ſi proximas uel diſtantes cauſas inuenerint nos autem rerum cauſas a primo efficiente & maximo rerum omnium opifice expoſcimus, cuius neque ingenium, neque ſuarum cogitationum uim nouimus, ego enim a dei ſapientia æternaliter concepta ſum & Ieſu Chriſti comes adueni ſuas in terris actura uices, cum ad cœlos conſcenderit, ipſe patris uerbum & trium diuinarum perſonarum una ſubſtantia, ego ab illis generationem accepi ſed ad utilitatem & hominum eruditionem in hoc inferiori mũdo relegata diuinum uerbum euãgelizo, quare noſtra traditione res Chriſti ac omnes congregationes fideliũ tibi optimo iure ſuadeas ac demeritas uellis quoniam a ſacroſancto trinitatis pectore fluxere & a ſpiritu ſancto aflate. Sed quia maxima huius uirginis te admiratio tenuit nec illos qui currum ſequuntur neque comitantur recte inſpexeras, ideo in eos & oculos & mentem conuerte, a dextris erant duodecim quos ex ſignis q̃ manibus deferebãt facile mihi ſuaſi Chriſti fuiſſe diſcipulos qui moribus ac doctrina illum ſequuntur, & currum regere curant, nam primus & ſenior duas claues alteram auream alteram argenteam manibus ferebat & ore proclamabat. Credo in deum patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ, huc recta atiæ ſenex qui ſplendentem ac euaginatũ gladium dextera manu gerebat tanquam omnes expaueſceret, Multa in dei laudem proclamabat, quia in nomine Ieſu omne genus flactatur cœleſtium terreſtrium & infernorum et omnis lingua confiteatur, quia dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt in gloria dei patris, Ioãnes qui ſuper anteriori

parte a ſe ſiniſtra cõtinebatur uoce proclamabat. Et in Ieſum Chriſtum filium eius unicum dominum noſtrũ Iacobus, Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto ex maria uirgine, Andreas Paſſus ſub põtio Pilato crucifixus mortuus et ſepultus, Thomas Deſcẽdit ad inferna Bertholomeus Tertia die reſurrexit a mortuis, Philippus Aſcẽdit in cœlum ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis Matheus Inde uenturus eſt iudicare uiuos et mortuos, Iacobus, Credo in ſpiritum ſanctum, Simon ſanctam ecclesiam catholicam ſanctorum communionem, Thadeus Remiſſionem peccatorum, Mathias Carnis reſurrectionẽ et uitam æternam amen. Multi etiam hiis comites aderant quorum uix nomina noueram, a ſiniſtris erant. 24 ueruntamen ipſorum duodecim hiis qui a dextris aderãt mutuas uices reddebant, Ieremias, patrem inuocabitis qui terram fecit et condidit cœlos, Dauid Dominus dixit ad me, filius meus es tu ego hodie genuite. Iſaias Ecce uirgo concipiet et pariet filium, Zacharias Aſpitias in eum quẽ transfixerunt. Oxias, o mors ero mors tua morſus ero inferni, hames, qui hediacãt aſcenſionem ſuam, Sophonias, aſcendam ad uos in iuditio et ero teſtis uelox, Iohel, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnẽ Micheas Inuocabunt eũ omnes et ſeruient ei, Malachias Deponat dominus iniquitates ueſtras, Daniel Educam uos de ſepulchris ueſtris populæ meus, Ezechiel Euigilabunt omnes alii ad uitam alii obrobrium, erant præterea multi a ſiniſtris et aſpectu et moribus et eruditione maxime uenerandi, quidam tamen cœlum quidam Griſonem quidam Virginem intuentes, quorum præſtantiam

aliquamdiu admirabar ut quæ longe ante uetura erãt præteriſſent, Quidam ſummis labiis efferebant uirgam floruiſſe ueſſe, alii uero quod nubes iuſtum pluerent a quo terra omnis irrorabatur, alii quod is qui iugo ſæuo continabatur ad occiſionem ſicut agnus feretur, multas preterea ad ſidera uoces reſonabant quas uix mente cõcepimus, neque tradere cæteris nouimus de hinc ſeniores iuxta poſtremam et dexteram currus partem, erãt uiri duo qui religionem maximam profitebantur. Quartus Pontifex *maximus alter etiam maxima dignitate præſtabat, diſeptãtes an dignitas militantis eccleſiæ magis miraculis quam ſanctorum patrum eruditionibus floruiſſet, a ſiniſtris aderant duo alii alter aſpectu humilis et habitus abiectiſsimi, alter uero imperatorio aſpectu ſed habitu & diutiis affluentiſsimo diſeptantes, an dei eccleſia egeſtate an diuitiarum copiis exceluiſſet, prope nos iuxta mediam et poſtremam currus partem erant tres quorum unus crucẽ humeris deferebat facie ac moribus deteſtandus, alter igne prorſus exuſtus ardentius currum inſequebatur. Tertius lapidum opræſsione uix caput erexerat, uehementius tamen proclamabat, domine ignoſce illis quia neſciunt quid faciant, de hinc ſeniores quatuor ſequebantur, qui omnia diligentiſsime animaduertebãt, neque a dicẽtis ore clemẽtiſsimas aures amouebant, hos profecto tanta hominum numeroſitas ſequebatur ut tot e uita uix excidiſſe putarem. Quidam prophetarum more currum ſequebantur quidam habitu patriarcharum et alii ſacerdotali, differentibus tamen ordinibus, tot præterea martires ſequebantur pueri puellæ*

iuuenes, et ſeniores tot etiã mortis genera differẽtiã præ ferebant ut quadam et incredibili admiratione oculos penitus continueram, illa uero quæ mentem noſtram ſacris admonitionibus aluerat quia noſter tardus erat inceſſus ſic me iterum fari cepit. Si noſtræ peregrinationis euitare quæque diſcrimina cupis et per ignem et aquam in refrigerium duci, cum propheta Dauid laudemus dominum de cœlis laudemus eum in excelſis laudate eum omnes angeli laudate eum omnes uirtutes eius laudate eum ſol et luna laudate eum omnes ſtellæ et lumen, laudate eum cœli cœlorum et aquæ quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen domini, quia ipſe dixit et facta ſunt ipſe mandauit et creata ſunt, Statuit ea in æternũ et in ſeculum ſeculi pſæceptum poſuit et non præteribit, laudate dominum de terra dracones et omnes abiſſi ignis granda nix glacies ſpiritus procellarum quæ faciunt uerbum eius, montes et omnes colles ligna fructifera et omnes cedri, beſtiæ et uniuerſa pecora ſerpentes et uolucres pennate, reges terræ et omnes populi principes et omnes iudices terræ, iuuenes et uirgines et ſenes cum iunioribus laudent nomen domini, quia exaltatum eſt nomen eius ſoltus, confeſſio eius ſuper cœlũ et terrã et exaltauit cornu populi ſui himnis omnibus ſanctis filiis Iſrael populo aopropinquãti ſibi. Tanta igitur erat dignitas et huius admirandi exercitus præſtantia, tanta uocum ſonoritas atque ſuauiſsimus concentus, ut Barbaræ et cæteræ natiões et feræ ſiluarum que transflumina continebãtur ad ima littora conuenerant laudantes ac benedicentes dominum, neq; propterea iter noſtrum

conſcenderunt

conſcenderunt, poſtea uero quam currus ſuper aquas et fluctuantia æquora ferebatur, omnia ſiluerunt et furentes uenti quieuerunt & piſces omnes cum caput extuliſſent procliues benedixerunt deo, & aer ab omnibus tēpeſtuoſis actionibus ſe continuit, et uolucres cœli a clamore abſtinuerunt, & ignis omni incendio caruit, et æſtuoſis hominibus pro aſperitate itineris refrigerium contulit, ſic igitur omnium elementorum uires ſine ullo diſcrimine percurrimus et ſuperauimus, cum autē ad cœlum perueniſſemus & planetæ & ſidera omnia obſequioſa & reuerentia ſe deo præbuerunt, nam ſuū eſſe ab eo ac perfectionem accepiſſent & ſecundum eius diſpoſitionem finem ſiue corruptionem eſſent habitura Antea igitur quam ad cœleſtia conſcendamus terreſtriū eruditionem accipias, cum a prima rerum origine deus cœlum & omnia elementa procreaſſet quæ præterea in eis continentur, poſtremo hominem produxit ut cunctis frueretur, quibuſdam autem imperaret quia nos ad ſuā formauit imaginem tanquam omnia cognoſceremus & ad noſtrum procreata uſum intelligeremus, uerum propter tranſgreſſionem diuini præcepti corruptionē promeruit homo, & quæ primum facile & maxima cum uoluptate agebat, poſtea difficulter & præcipuo pudore agere cogebatur, et ne aliorū falſo errore ducaris, Oipotēs deus e terreſtri limo formauit hoīem, & uitalē ſpiritū infuſit, poſtea ex latere Adæ formauit Euā quos in terreſtri paradiſo locauit, & pro bonitate complexionis compoſitionis & loci temperie immortales effecerat, quibus eſum pomi prohibuit, ſed cum ſerpentis ſuge

ſtionibus falerentur & dei præcepta neglexiſſent ex paradiſo delitiarum in agrum operoſum translati ſunt ut in labore manuum & ſudore uultus terram colerent et uictum & omnia ſibi alimētorū genera uendicarēt, quia ergo in deum ſcelus perpetrarunt cœleſti patria caruerūt, quare ſi reſtitui hō deberet neceſſariū fuit ut ab homine redimeretur cui diuinū aliquid ineſſet quo deum placere ſufficeret & hominis pœnam pateretur, propterea uerbum naturam aſſumpſit humanam et crucis patibulum ſubire uoluit ut humanum genus perditū reddimeret. Adam ergo & Eua qui primum perierant, ueteris legis uexillū ferunt et ad cœleſtem patriam citius properant, tanquam illam longius expectaſſent, et Chriſti aduentum etiā multo tempore concupiuerunt hos ſequitur Habel quem Caim frater interfecit cuius ſanguis in holocauſtum ſe deo præbuit, poſtea uero quā Adam ducentum & triginta annos ageret, Sed filium genuit ex quo Enos, ab hoc uero Caina quia ciuitates edificare primum cepit ut homines ferarum conſortia uitarent & bonis moribus intenderent, quare ſtudioſi ac ſolertes magis facti artes excoluerunt, nam Iubal muſicam ac ſonorum proportiones primum inuenit, & Tubalcbaim ferrum ex inſtrumēta ferrea quæ ad uſum hominum quam maxime neceſſaria fuere, debinc Mabael Iarech Enoch Matuſalem Lamech hi quidem omnes longiorem uitam agebant & artibus totidem filias matrimonio copulauit, Adam uixit annis. 923. Enos 905. Sed Enoch & Helia in paradiſo translati fuerunt, Matuſalem. 969. Lamech. 777. Noema texturæ

artem inuenit. Sed tempore diluii periit omne genus Caim, ab Adam uſque Noe fluxerunt anni 2242. neq; certo annorũ numero etates diuiſimus, ſed propter maxima & admiranda quæ illis temporibus contingerunt, nam cum homines ſtupra & alia deteſtanda uitiorum genera inſequerentur, deus mundum omnem ſubuertere inſtituit, quare cum Noe ſexcenteſimum uitæ ſuæ annum ageret a domino præceptum accepit ut Archam ſtrueret & ex omnium genere animalium marem ac mulierem femellam imponeret, ut poſt diluuium ad generationem ſufficerent & ſummerſum genus redimerẽt, quare Noe cum ſeptẽ animabus Archam ingreſſus ſe tãtũ continuit donec per Columbã certior factus q; aquæ defluxerint, Archa igitur quam præcepto domini centum annis ante conſtruxerat ſupra montes Armeniæ reſedit, poſtea uero Noe cum filiis ad ſalubria magis loca ſe contulit, nam cum quadraginta diebus & totidẽ noctibus pluiſſet loca omnia ſummerſa & ſterilia facta minus conuenientia omnibus uiuentibus fuere, ex tribus filiis Noe, Sem, Iaphet et Cam, omnes generationes profluxere, & cum in Africa generationes triginta ex Iaphet in Europa quindecim ex Sem in Aſia uiginti ſeptem, cum præterea generationes iſtæ ad extrema mundi perueniſſent, quatuor maxima regna ſtruxerũt, Aſianorum in oriente et primum regnauit bellus Sichomorum in occidente ubi primum regnauit Ezelaus, Sercarum in Aquilone ubi primum regnauit Ninus Egiptiorum in meridiæ ubi primum regnauit Mineus, Sed res gentilium omittamus & redeamus ad noſtra, Sem fuit prin

cipium generationis Hebreorum, Sed Cam & Iaphet cæterorum omnium gentilium, a Sem ergo Arphaiat Caniã heberea a quo hebrei, poſtea dicti ſunt, poſtea Phalech Reu, Serach Nachor & ex thare ante mortem Noe ultra uiginti quatuor milia profluxere, Melchiſedech hedificauit Iebuſalem, quæ poſtea eſt dicta Hieruſalem, et Nembroth gigas ex deſcendẽtibus Cam edificauit Babiloniam magnam cuius erant centum Aeneæ porte, latitudo murorum cubitorum & ambitus trecentum & octo ſtadiorum, in medio fluit Eufrates, ſed urbis uiæ marmoreæ, plateæ uero præclaris lapidibus & auro fulgebãt, hic Nembroth ignem colere docuit, cum aquam expaueſceret, quoniam ſummerſi ab ea primum fuerant, propterea turrim conſtruxit in altitudine quinque milia centum ſeptuaginta quatuor paſſuum et in latitudine trecẽtum, quo tempore diuiſæ ſunt linguæ. Multa etiam præclare geſta eo tempore fuerunt, a mundi cõſtitutione uſque ad Abrahamfluxerunt anni. 3192. & ab eo, tertia etas exordium accepit, nam ſuperioribus temporibus homines uera lege uitam agebant, Abrahã iuſtitia præcinctus & militia uictorioſus fidem ac religionem uenerari docuit, et ex eo multæ generationes deſcenderunt, quia ex ſara uxore genuit Iſac et Agar Iſmael ex cæteris Madam & Madyam, Sed quia diuinum cultum neglexerunt eos omittimus, Iſac genuit Iacob & Eſau, Iacob quatuor uxores habuit duas liberas & duas ancillas, ex Rachel libera deſcenderunt Ioſeph Benianim ex quo omnes tribus Iſrael & ex alia libera genitus eſt Leui Caaſ amiram Moyſes, qui a dñõ in mõ

te Sinai legem accepit,nam eo tempore moribus & uera quadam lege deum uenerabantur, poſtea uero, lege ſcripturæ quam dominus inſtituit,alter filius Iacob ex lia libera fuit Iudas ex quo Fares poſtea eſron Aram anima naſon ſalmon Booz Obeth Ieſſe Dauid in Tertia ætate finitur, ab Adam uſque Dauid fluxerunt anni.4124.hic cum multa nephauda ſcelera perpetraſſet primā ductus gratiam promeruit ex eo genitus eſt Salomon qui templum domino edificauit & omnem ſapientiam eo tempore profeſſus eſt, ex quo Roboam, poſtea uero Abia deinde Aſa Ioſaphat Ioram Ocozias Ioas Amaſias Ozias Acham Echeſias Manaſſes Amon Ioſias Iearam Ieconias, hic autem cum Ezechiele Daniele ſe in manus Nabuchodonoſor ſpōte dederunt non enim in tranſmigratio illa ſucceſſit quæ fuit tertia quarte ætatis a mūdi creatiōe diſtās annis.4680 poſt uero trāſmigrationem,Sedechias genuit Salachiel deidē Zorobabel Abiud Eliachim Sadoch Achim Eliud Eleazar Matham Iacob,poſtea genitus eſt Ioſeph uir Mariæ de qua natus eſt Chriſtus,in quem terminatur ætas quinta & iura omnium Prophetarum ab Adam uſque ad Chriſti aduentum fluxerunt anni.5085 .& quia ſatis multa de antiquis Iudeorum inſtitutionibus diximus iam paucis gentilium mores ac deliramenta intelliges,hiis quidem temporibus omnes homines diuinæ legis expertes multa de diis de uita de moribus ſcripſerunt,ſed uerum religionis iter ignorauerunt, Nembrot ignem primum colere docuit & Zoroaſtes Britanorum Rex nigromantiam inuenit,& terram tanquā

diuinam coluit, poſtea uero cæteri philoſophantes ratio nem diuinitatis uel elementis uel ſideribus uel præcla ris rerum inuentoribus tribuerunt, nam minerua uirgo & ingenio præclara cum tenui literarum eruditione primum bonarum artium ſtudia ordinaſſet diuinitatem promeruit, arcum etiam inuenit et ipſius uſum Cataneis literas græcas primum tradidit & Carmentis nimpha Menādri filia primū latinas literas inuenit et docuit, po ſtea uero Athlas altius ſuas cogitationes extulit et ſi derum motus et ipſorū effectus conſiderauit, poſtea Her cules ſiderum eruditione aliquid adiecit, quare ſupercœ leſtium uires diſtinctius nouit, Mercurius etiam Atlan tis nepos cum uiribus ac doctrinæ floreret multa nu merorum & eloquentiæ documenta tradidit, præterea cum uiribus ac doctrina florere cepiſſent principes, tan quam deos uenerabātur, quibus tēpla dies cœlebres aras græci Teucri & cæteri gentiles inſtituerunt ſicut diui nitatem omnem promeruiſſent, horum errores ignari omnes imitabantur, propterea oratores atque poetæ quorum doctrinam minus prudenter aliquamdiu ſequu tus es multi argumenta ignaris illis hoībus tradiderūt cum neque uerum religionis neque deum nouiſſent, poſt hæc ſacroſancta illa parens me currum conſcendere iuſ ſit & hiis uerbis orationem proſequitur, Quia traditio nibus gētilium philoſophorū ac poetarū uerſatus quæ a noſtris animū abduxerūt neceſſe eſt ut Chriſti iſtitutio nibus diligentius erudiaris. Omnium ergo quæ in cœlo continentur in elementari mundo ipſa ſimilitudo quæ dam apparet, nam ſupercœleſtis patris & filii & ſpiri-

tus ſancti trinitas conſimilem trinitatis in terris correſpondentiam habet, quia Dauid pater Salomon filius ſed Chriſtus eſt amborum ſpiritus & ipſarum firma connexio. Angeli etiam ſuarum uirium ac etiam ſuorũ ordinum ſimilitudinem faciunt. Similiter cœlis atque ſideribus ſicut alio loco monſtrauimus etiam uiæ lacteæ ſimilitudo quædam apparet, hæc igitur uia inequalis & aſpera per quam & currus et nos pariter uehimur, eſt ſanctorum hominum iter per quod ad cœleſtia pertingunt, nam maximis laboribus atque mortis diſcrimine ac uia ducuntur ad ſuperos quam pater ſummo poſſe cõſtituit. Sed duo illa flumina quæ intuentibus uoluptatẽ afferunt, alterum a ſapientia filii alterum a charitate ſancti ſpiritus effluit, hoc etiam figmentum ueteres poetæ præclare tradiderunt, nam Iupiter cum deos omnes ad ſupercœleſte atrium aduocaſſet ut ſingulis ſuarum actionum leges imponeret non eadem qua cæteri uia inceſſerunt ſed eminentiori & cœli partem quam pedibus compræſſerunt ſplendentem ac claram reddiderunt, per hoc ſignificare uolentes quod uirtuoſi clara et ſplendenti uia ad Iouem accedunt & ſidera petũt. Similiter ſancti omnes qui longius ire pergunt quicunque tamen hac uia incedit robur accipit a potentia patris uigorante a ſapientia filii illuſtrante & a charitate ſancti ſpiritus affectum irrorante, ille qui currum ſicut auriga præcedit in acie ac uelleribus indutus eſt, Ioãnes Baptiſta, qui tanquam uox in deſerto proclamauit, Parate uiam domino rectas facite ſemitas eius, ſed Griſo currui alligatus eſt Chriſtus qui eccleſiam ducit qui miſericordiæ ac iu-

ſtitiæ iugo alligatur, Expoſitio, præterea ſunt due naturæ, diuina & humana, quæ ter per Grifonem ſignificantur, cuius medietas ſuperior tanquam ſupercœleſtis auis eualat & inferior tanquã terreſtre animal progreditur, qui nonmodo ſudore ſanguineo, ſed crucis patibulo aligatus eſt, currum autem ducit propter iuſtitiam quia primus homo deliquerat, neceſſariũ eſt ut ſupplitiũ feret et miſericordia ductus ne genus humanum omne periret, quare et currum ducere et iugum ſubire inſtituit, mulier uero quæ ſupra temonem, quæ ſupra crucẽ rectã ſe continet uelato capite candida ueſte & manu uexillum fert, in quo lex noua inſcripta eſt, fides quam chriſtiani ĩ omnibus tanquã ducem ſequuntur, a dextris eſt charitas quæ præcipuo amore omnes complectitur, a ſiniſtris eſt ſpes quæ in deum futuræ gloriæ expectatione fertur, & maximos labores futuræ gloriæ expeætatione faciles reddit, quatuor autem illæ quæ albis indutæ ſtolis ad pedes Virginis ſemper aſiſtunt, ſunt quatuor uirtutes Cardinales quæ humanas omnes uirginis actiones nunquam deſeruerunt et illam in altum plurimum extulerunt, prope Matheum eſt prudentia, prope Ioannem iuſtitia, prope Marcum fortitudo, prope Lucam temperantia, nam ante Chriſti aduentum beæ uirginis pedibus incedebant, poſtea currum conſcenderũt uirgini ac omnibus Chriſti fidelibus miniſtrantes, hæc eſt enim præclara illa uirgo cui Angeli ſeruiũt et eam Sol & Luna mirantur, in hanc quiſque oculos conuerterat & pro illius dignitate atque præſtantia præclaras laudes decantabat, ipſa enim ærea præſiſtebat uelato

lato capite propter honeſtatem, & ut maximam, fi dē miſterio cœlaret & ueſtimento aureo uarietatibus exculto propter maximam in deum & homines chari tatem ueſte uiridi ſubcincta propter inſitam animo ſpē & præcipuo caſtitatis cingulo circunducta, iunctis ſu pra pectus manibus propter humilitatem ut etiam cru cis ſignum quod pectore geſtabat ſingulari pietate om nibus ſignificari & dextrum oculum ad cœleſtia, & ſi niſtrum ad ima conuerterat, quaſi per ſublimiorem ani mi partem deum continuo intueretur, & ſiniſtro actio nes omnes humanas pro bene inſtituta uita dirigeret hoc quandoque circunducit, quaſi cœleſtia & terreſtria omnia ſuæ pietatis ac miſericordiæ uires ſuſcipiant, uir autem illæ aſpectu præclarus qui ſupra dexterā & an teriorē partē perſiſtit, eſt Matheus euāgeliſta qui Chri ſti humanitatem ac uitam euangelizauit, ſupra eandem partē a poſtrema erat, Marcus qui tanquam Leo ru giens Chriſti generationem proclamauit, ſuper anterio ri a ſe ſiniſtra erat Ioannes qui Aquilam ſupra currū tenet quæ aliquando caput extulit in altum quia diui na uerbi miſteria decātauit et caput aliquando depræſſit quaſi etiam ima deſcriberet, in poſteriori a ſe ſiniſtra eſt Lucas qui Chriſti paſſionem tanquam bos occiſio nis mugiti, hii omnes ſe manibus continent quaſi om nium una ſit doctrina euāgelica, omnem dei eccleſiam continentem, ego uero Theologia cogitatiões meas om nes in deum extuli & ſacris hominibus trado & ne phanda uitare iubeo, ideo currus, poſtremā currus par tem conſcendi, quia eccleſiam ſanctam dei ea lege conti

neo ac ſequor quantum de ſupercœleſti eccleſia triumphare præclara hominum ingenia exquirere potuerunt; nam & rationem uerbi & beatorum ſpirituum ordines, imo Trinitatis miſterium ſic hominibus tradimus ſicut mortalium hominum mentes capere potuerunt, in hoc elementari mundo Ieſu Chriſti comes aduenimus ut uiam ſalutis æternæ omnibus auangelizaremus tāto menſura tempore donec poſtrema iuditii illa dies ualde uerenda aduenerit, hanc igitur præclaram uirginem & Ieſu Chriſti matrem ad cœleſtem patriam ducimus et ſibi famulātes adimus, ad uos poſtea redditur, diuinā mercedē expectātes, cumq; iſta dixiſſet uirgines illæ cātātes altius uoces extollerūt, nā tres quæ ī anteriori currus parte cōtinebantur, iucundiſſima uoce dicebant. Aue uirgo mater Chriſti quia ſola meruiſti eſſe mater redemptoris, Angelorum imperatrix, peccatorum conſolatrix, duc ſperantes ad ſalutem, ut per fidem ſanctam tuam ad cœleſtem patriam uera charitate ducantur, quatuor etiam uirgines quæ mariæ pedibus aſiſtebant ſuas laudes cantabant, prima a ſiniſtris iuſtitia moniti meo ſemper iure fruantur, primam a dextris præſentia præterita & futura canere docemus, ſecundam a dextris arcere iubemus quæque nephanda tertiā a ſiniſtris quod cæteri proferre ſolent pacienter ferre docemus, cūque tam ſonora quam uoluptuoſa omnibus ſenſibus abiecta ferātur, aliquando uerebar ne mens ſuis actionibus caruiſſet, quia excellentia ſiue ſibilla corrumpere ſepenumero ſenſus ſolent, uerum mulier quæ noſtras omnes cogitationes antea nouerat nihil cui

quam mali in præſentia diuini uerbi accidere poſſe di xit, quanto igitur currus & omnis illæ cœleſtis exercitus altius fertur; tanto agiliores ſubtiliores, chariores ĩpaßibiliores hii noſtri comites uidebũtur, prætcrea ait cũ ad cœleſtem patriã peruenerimus ĩmortales oẽs fiẽt, a dextra currus parte duodecim Apoſtoli curſitabant. Multi prætcrea diuinas laudes decantantes tãquam hiis comites fierent et ab hiis eruditionem cuperent, a ſiniſtris præter duodecim prophetas qui fortius proclamauerant & alii adierant qui adoleſcentulam diligenter intuebantur & uirgam ieſſe floruiſſe profitebantur, & quidam in Grifonem oculos conuerterant tanquam omnes a peccatis redimeret & exercitum omnem ſaluum facere cuperet. Cum autem multa tanquam inſcius animaduerterem præclara parens omnibus dubiis reſponſa ferebat, poſtea uero in eos qui currum ſequebantur oculos cõuerti, nam pontifex ille maximus qui a dextris nos comitabatur clare ſignificauit, quòd & ſi euangelica & ſanctorum doctrina plurimum militanti eccleſiæ contuliſſet, præſtantiora & dignora fuiſſe illa miracula pluſque admirationis hominibus contuliſſe cui ego facile cõſenſum præbui, Sed illæ qui a ſiniſtris imperatoriam maieſtatem profitebatur in franciſcum pauperem turbata fronte uerbis inuehebat tanquã omnis eccleſia periiſſet niſi copiis ac uiribus extuliſſet eã, cui ego ſine alio rogatu facile adhæſi, poſtea rogaui quis primũ cœleſtem patriam eſſet habiturus, an qui crucem, poſt nos ingentem, illa, cui nihil latuerat, ſic ait, hic primum cũ Chriſto cœleſte tropheũ accepit alter & alter, ma-

iorē gloriā promeruerūt, poſt hos aderāt ſenes quatuor qui neque oculos neque aures a meo præceptore nunquā amouerant, tanquam omnia quæ antea geſta fuiſſent per petuis tradere literis cuperent, hii ſunt quatuor ſacroſancte eccleſiæ doctores qui euangelicam doctrinam quo ad fieri potuit imitari uoluerūt, horum profecto mores atq; aſpectus digniſsimi, poſt hos pueri ac inuptæ puellæ, iuuenes ac ſeniores curſum properabant tanquam cō plecti currū manibus uellēt, horū quidā cruenta quidam excīſa membra ferebant quidam uero uinculo aureo excīſa membra pro recta compoſitione aligauerant. Multi propter uiæ inequalitatem ac nimium properantes frequenter præcipitabant, cæteri autē præſidium præſto ferebant tanquam alter alteri præſidium ferret et alter alterius onus deferre cuperet, quos cum diligenter animaduerterem, neque quo nos ordine ſequerentur nouiſſem non ſolum dubius ſed ſtupens perſtiti. Sed illa quæ mentem meam antea conceperat hiis me fari cepit, cum ad cœleſte ſolium perducti fuerimus facile conſpicies quantum quiſque promeruit, poſtea uero quam itineris & fluminum iura nouiſſem & longius uiſum extuliſſē mōtes nemora florentes agri et animalia omnia ſe præſtantiori uirgini obſequentiſsima præbuerunt, poſtea uero quam tempeſtuoſa & fluctuantia æquora conſcendimus omnia ſiluerunt, & piſces ſe præcipites dedere, aer ſerenitatē reddidit et aues tāquam diuinitus admonite laudem domino decantabant, ignis æſtuatione caruit omnia quæque furentia facile nobis cedebant. Poſtea uero quam cœlos conſcendimus ea deliramenta conſpice

re aliquando putaui quæ ueteres illi uates nobis tradidiſſent quæ ab eorum figmentis maxime diſtantia perſpeximus, nam quamuis cœlum uelocisſime duceretur, nullum prorſus ſonum cauſabat neque ſuæ ſubſtantiæ retardationem prohibebat, cũ aũt ad primũ ſidus perferemur hãc uocem audiuimus, Phœbes omnem ſolis aliquãdo claritatem promeruit. Mulier quæ me antea erudierat ſic dubiam ſententiam claram extulit, in paßione domini obſcuratus eſt Sol neque Luna ſplendore claruit, q̃a cũ obſcuratus eſſet ſol iuſtitiæ Maria uirgo diuino lumine claruit, poſtea Mercurius triduo quaſi prædicatores diuini uerbi dicendi rationem a Mercurio accepißẽt, Venus autem ſic fari cepit. Mulieres omnes ſingulari pudore tibi præclaras reddo, quaſi oĩs uirtutis ſplẽdorẽ mulierum pudicitia præſtet. Sol ſideribus omnibus lumen tulit quamuis iuſſu dei aliquando ſplendore caruerit, quia in paßione domini obſcuratus eſt Sol, ut Dioniſius ariopagita dicere cogeretur, uel quia Chriſtus cum a Iudeis contineretur, nulla ſanctis apoſtolis uis inerat. Mars, omnes mori docui et genus omne ſuppletii æquo animo tollerare, quaſi martires omnes bellũ cognoſcere morte, uitam promeruiſſent æternã, Iupiter omnibus præclare regionis iura tribuo, quaſi omnis religionis ſplendor, Iouis dignitate præferatur, Saturnus omnibus continentißimum uitæ modum & monaſtica iura tribuo, quaſi nephãda omnia uitare iubeat et actiones omnes humanas in deum referat, etiam ſidereũ cœlum infinitis prope luminibus ſplendere uiſum eſt, tanquam hunc omnem militantem exercitum maxima uolu

ptate ſuſciperet,quaſi ſancti omnes in conſpectu magni dei lætentur,neque aſtra fari deſiderant, cum ad ſuper-celeſtis regni ſolium pertingimus ubi currus & omnis militarts exercitus erectis uexillis ſe continuerunt,tanquã cum militibus cœleſtis exercitus bellũ cõgredi uellẽt nã Griſo primũ ſe a cura abdicauit & iugo abligauit et diuini uerbi formam aſumpſit & Mariam uirginem e curru dextra manu cõtinuit,in eminentiſsimo cœli loco erat ſupereccelſus Thronus in quo in effabilis in conprehenſibilis dei maieſtas,quam adorat infinita beatorũ ſpirituum multitudo,cuius omnis exercitus ſe præcipitem dedit,a tergo enim erat Angelorum Ierarchia ſublimior quæ tribus ordinibus aſiſtebabt,a dextris erat,ſecunda inferior Ierarchia quæ etiam tribus ordinibus cõtinebatur,& a conſpectu dei ad nos uſque pertingebat, a ſiniſtris erat Ierarchia decliuior quæ ẽt tribus ordinibus cõtinebatur, & a cõſpectu diuino ad nos ptingebat noſtroq; exercitui abæſerat tãquã ſe nobis comites fieri uellent,cumque harum intuitus ſtuporem induxiſſet,rogaui quid nam id eſſet quòd ſenſus ac omne ĩgenium noſtrum ſuperaſſet,illa uero quæ ardua omnia audebat nũc timens, & tremula uoce reſpondit,neque ſupremum trinitatis miſterium neque præſtantiam & dignitatem beatorum ſpirituũ aſequi poßumus , Sed ineffabilem et incomprehenſibilem paradiſi gloriam paucis accipies quã nos coniectura inquirimus,quia res fidei nulla argumẽtatione probantur,quamuis igitur cœlum cœli domino et terram dederit filiis hominum tamen omnibus in locis eſſentialiter ac realiter Deus continetur,& maxi-

ma quæ inſſabilis eius uirtus uni magis rei communicet quam alteri ſecundum ſuæ uoluntatis imperium, nã ſibi maximum ac ſempiternum poſſe, præterea habet ſapientiam infinitam & clementiã ab omnibus cõcupitã, ſed quia diuina eſſentia tribus perſonis diſtinguitur, et pater a nullo genitus ſiue productus, filius a patre genitus, ſpiritus ſanctus autem ab utroque procedit, ſed patri poſſe, & filio ſcire, ſpiritui ſancto ratio perfecti amoris tribuitur, hæc igitur diuina uirtus omnibus rebus infunditur tribuitur, quare primum eſſe, prima uita, primum intelligere, primus motus, cuiuſque rei operatio a primo cauſante dependet, neq; res aliqua diuinæ uirtutis eſt expers, Tres igitur Ierarchiæ quia tres ſacri principatus diuinæ maieſtati ſemper aſiſtunt, & ſumma diligentia præcipua fide famulãtur, ideo præclare quidã philoſophantes noſtrarum tamẽ ſacrarũ inſtitutionũ ignari has Ierarchias dicunt, quia ſacramentatas tanquã iure iurando fidẽ curã diligẽtiam omnẽ, polliciti fuerũt diuinas humanas res miniſtrare, prima Ierarchia deo ſemper aſiſtit & cum eo ſemper uerſatur, ſecunda uero ad communia regni officia ordinatur, tertia etiam particularia regni negotia ocupat quæ tibi certo ſuademus exemplo, apud principes ſunt, quidã beneuolentia & gratia coniuncti, ſicut cubicularii qui nunquã a principibus abeũt, quidam ſapientia atque uirtute, ſicut conſiliarii præſtãt, & quidam iuſtitia & pietate, ſicut iudices et regni aſeſſores per agenda miniſtrant. Similiter ex prima Ierarchia ſeraphim plus diuini poſſe tanquã ardentes et plus deo fruentes promeruerunt, ſecundi Cherubin quia ſcien

tes interpretantur, tanquam a diuino uerbo plus ſapientiæ accepiſſent, tertii Throni quia ſententiando iuſtos deligunt & reos damnant, tanquã a ſancto ſpiritu plus amoris & pietatis uendicaſſent, quidam etiam apud principes præſunt præ ipſorum excellentia et rerum agendarum experientia, ſicut Mareſcalchi quidam pro uiribus ac ipſorum potentia ſicut ſtipendiarii & quidam conſilio atque prudentia. Similiter ex ſecunda Ierarchia quæ in dextera paradiſi parte locatur, nam quidã hominibus imperant tanquã principes militiæ, ſicut dominationes quidam ſuo poſſe ab incurſu peccati homines tuentur, ſicut principatus, quidã prudentia regũt et ad meliora ducũt ſicut uirtutes hominũ bona & mala opa inquirentes, quidã etiam urbibus præſunt auctoritate atque prudẽtia ut prætores capitanei, quidã ſciẽtia et rerũ agẽdarũ doctrina ſicut doctores & bonarũ artiũ magiſtri aliquãdo ratione operis et experiẽtiæ. Similiter ex tertia Ierarchia quæ circa particulares hominum operationes uerſatur, in primis ſunt poteſtates qui ciuitates et caſtra gubernãt deĩde ſunt Archãgeli q magna atq; præclara hominibus denũtiãt et quidã maxima rerũ agẽdarũ experientia hominibus tanquã artifices miniſtrant ſicut Angeli, nã quilibet homo angelũ habẽt a quo conſulitur ac regitur. Sunt enim hominibus carnis blandimẽta quibus inficiuntur & mundi oblectamenta quibus aliciuntur & demonis tentamẽta quibus decipiuntur. Ideo neceſſe eſt ut Angelorum ſuffragiis homines tueantur, aliter enim quiſque periret. Sed gentiles qui hos Angelos ignorauerunt genios, quia fatales diſpoſitiones quibus

homines

homines bona uel mala operantur, non aũt quia principes terreſtris exercitus ueteris ac nouæ legis uexilla deponunt quæ uſque ad ſidera protulerunt ut conſpectum dei patris ſine faſtu ac pacifice adeant, ideo aures oculos animum intentiſsimos præbeamus ut nobis quo ad fieri poſsit omnia pateant, ecce Grifo, ecce diuinum uerbum quod ex uirgine humanitatẽ aſumpſerat currũ deſerit & ſe Iugo abligat & deũ patrẽ adit & matrẽ ad illius tribunal manu ducit quos omnis exercitus cõitatur, filius ſic patrem alloquitur. Mãdatum quod dediſti mihi pater perfecimus, pater autem ſic filium affatur, Hic eſt filius meus dilectus in quo bene cõplacui mihi, Sede a dextris meis. Maria Ieſu Chriſti mater anteaquã ad tribunal dei patris adiſſet ſic exorare cepit. Magnificat anima mea dominum, Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo, Quia fecit mihi magna qui potens eſt & ſanctum nomen eius, a progenie in progienies timentibus eum, Fecit potentiam in brachio ſuo diſperſit ſuperbos mente cordis ſui, Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles, Eſurientes impleuit bonis & diuites dimiſit inanes, Suſcepit Iſrael puerũ ſuũ recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abrahã & ſemini eius in ſecula. Cum hæc ſubmiſſa uoce dixiſſet & ante tribunal dei patris princeps & iunctis ſuper pectore manibus uocem extulit, & ſic illum affatur, ecce ancilla domini fiat mihi ſecundũ uerbũ tuũ ĩ pace, neq; fere hanc uocẽ extulerat, cũ deus pater illam honore & gloria coronauit, & illã hiis uerbis alloquitur. Tibi cœli atque terræ imperiũ ſit, cũq; deus pater

promeruerãt. Multi *præterea qui nullius fecere marti ri tãtũ tãq; præclarũ munus ſuſceperant, ea me præterea maxima admiratio tenuit ꝙ cũ deũ oẽs adirẽt pro peranter et inſulte accurrebãt et alter alteri præſidium ferebat, præterea quos antea nõ nouerã cũ ſuis ſedibus ĩſiderẽt, diſtincte noĩa et præclaros illorũ mores accepe rã, quorũ intuitus tãta me afficiebat uoluptate, ut præter cõſpectũ* Dei *nulla, mihi maior afferri uoluptas po tuiſſet.* sed *quia domini ſplẽdoris intẽſiſſimũ lumẽ fer re uix poterã in hos oculos frequẽter conuerterã, uerum cũ currus et ego cũ uirginibus iuſſu dei ad propria red dire cogerer, donec repromiſſionis tẽpus adueniret, tum mea alũna gratias ſemper agere* Deo *iuſſit, qui ſupra currũ princeps, ſic exorare cepi,* Saluũ *me fac deus quia intrauerũt aquæ uſque ad animã meã, infixus ſum limo profundi et nõ eſt ſubſtantia, ueni in latudinẽ maris & tẽpeſtas demerſit me laboraui clamãs, raucæ factæ ſunt fauces meæ, defecerunt oculi mei dũ ſpero in deũ meũ, multiplicati ſunt ſupra capillos capitis mei, qui oderunt me gratis,* Confortati *ſunt qui perſequuti ſunt me,* Inimici *mei iniuſte quæ nõ rapui tũc exoluebã,* Deus *tu ſis in ſipiẽtiã meã, et delicta mea a te non ſunt obſcõdita,* Nõ *erubeſcãt in me qui expectant te domine,* Domine *uirtutũ nõ cõfundãtur ſuper me qui querũt te* Deus Iſrael, Quoniã *propter te ſuſtinui obrobriũ, operuit confuſio faciẽ meã extraneus factus ſum fratribus meis et pere grinus filiis matris meæ.* Quoniã *zelus domus tuæ co medit me et obrobria, exprobrantiũ tibi ceciderunt ſup me et operui in ieiunio animã et factũ eſt in obrobriũ*

mihi,et poſui ueſtimẽtũ meũ in ciliciũ et factus ſum il lis in parabolã,aduerſum me loquebãtur qui ſedebãt in porta & in me pſallebant qui bibebant uinũ, ego uero orationẽ meã ad te domine,tempus beneplaciti deus in multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me, in ueritate ſa lutis tuæ eripe me de luto ut nõ infigar,libera me ab iis qui oderũt me et de profundis aquarũ. Nõ me demer gat tẽpeſtas aquæ neque abſorbeat me profundũ neque urgeat ſupra me puteus os ſuũ,exaudi me domine quo niã benigna eſt miſericordia tua ſcdm multitudinẽ miſe rationũ tuarũ reſpice in me, ne auertas faciẽ tuã a pue ro tuo,quoniã tribulor uelociter exaudi me,intẽde mihi & libera me propter inimicos meos eripe me tu ſcis im properiũ meũ et cõfuſionem meã et reuerentiã meã in cõ ſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me imperiũ expe ctauit cor meũ et miſeriam ſuſtinui, qui ſibi cõtriſtarẽ tur et nõ fuit & qui cõſolaretur,et nõ inueni et dede rũt in eſcã meã fel,et in ſiti mea potauerunt me aceto fa cta eſt mena eorũ corã ipſis in laqueũ et in retributiões et ſcandalũ.Obſcurati ſunt oculi eorũ ne uideãt et dor ſum eorũ incuruatũ, effunde ſupra eos irã tuã et furor iræ tuæ cõprehẽdit eos, facta eſt habitatio eorũ deſer ta et in tabernaculis eorũ nõ eſt qui inhabitet,quoniam quẽ tu pcuſiſti pſecuti ſunt et ſuper dolorẽ uulnerũ meo rũ addiderũt,appoſuiſti iniquitatẽ eorũ et nõ intrẽt in iuſtitiã tuã,deleuiſti eos de libro uiuẽtiũ et cũ iuſtis nõ ſcribentur,ego ſum pauper & dolens,ſalus tua domine ſuſcepit me laudabo nomẽ dei cũ cãtico & magnificabo eũ in laude et placebit deo ſup uitulum nouellũ cornua

producentē et ungulas uideāt pauperes et letētur quærāt deū & uiuet aīa eorū quoniā exaudiuit pauperes dominus et uinctos ſuos nō deſpexit, laudēt te cœli et terra mare et oīa reptilia in eis, quoniā deus ſaluā faciet ſyon et ædificabūtur ciuitates iudeæ et habitabūt ibi et hereditate acquirēt eā et ſemē ſeruorū eius poſsidebit eā et q diligūt nomē eius habitabūt in ea neque unquā a uerbis meis glorioſus et ſublimis deus et oīs ſupcœleſtis exercitus aures auerterunt donec deuotiſsime iſta proferrem nec ex ore uix iſta exciderāt, ꝙ audiui uocē clara ſignificatione dicētē, benedicāt tibi oēs generatiōes in ſeculū et quia patrē ſæpius loquentē audiueram, ſi ſis, hæc uox inſenuit, cū igitur currus ad ima rediret in eo ſemp alūna ī medio ſe cōtulit et uirgo quæ primū ſupra temōem aſſiſterat currui atque iugo ſe alligauit et nos ad ima cōuertit, et iter oē ſilētio agebamus et per raro quicquā efferebāt, primū tamē ab eūtē me ſic, a fari cepit, nulla ingenii uis nulla dicēdi facultas huius ſupceleſtis Hieruſalē præſtantiā ac laudes mēte cōcipere aut ore fari poſſet, ubi deū intueri licet et angelorum choris intereſſe & ſanctis omnibus cohabitare, quo in loco nullus dolor nullus mœror nulla unquā mors ptingit. Sed maxima ualitudo maxima uoluptas & ppetua uita, ideo tā præclarū tibi munus oblatū ſumma diligētia tuaris. Omnis n. ſupcœleſtis exercitus tibi præſidiū ferret, quia beatorū imo amicorū ea ratio eſt, ut alter alterius bonū auxerit etiā ſuū intēdit & auget, propterea exorāt Angeli ſanctificātes patrē filiū & ſpiritū ſanctū qui eſt dominus deus ſabaoth, ſcilicet exercituū potētatū atque uiro

tutũ benedictus qui uenit in noie domini, quia benedictus Chriſtus dei filius, benedicta maria mater domini et benedicti oẽs qui gloriã ſupcœleſtis regni adeũt, ideo aũt oſana in excelſis quia ſalua nos obſecro in excelſis maieſtatis tuæ, quidã uero cantãt alleluia quia ſaluos fieri nos cupiũt, pro qua re deũ inſtanter exorant, et quia ab ĩmortali ad mortalẽ uitã redimus, ſiderũ et aliorũ tuo ingenio rõnem inquiras, Mihi.n.aliarũ rerũ ingẽs cura ſit, cũ igitur ad ſidereũ cœlũ currus ueheretur diligẽter aĩaduerti quia iã a diuinis curis mentẽ parũp amouerã, ſubſtãtia ergo cœli materiã ſpumoſam hẽre mihi uiſa eſt, cui fortior in erat quæ orbẽ circũducit ſicut forma elemẽti ſurſum aut deorſum mouet, ſed apparẽtia ſidera ſunt denſiores ſui orbis partes ẽt uirtutis habẽtes ĩ octauo aũt cœlo in quo prope numero infinitæ ſtellæ apparẽt, ẽ una uniuerſalis uirtus diuerſimode ĩ partibus multiplicata, ideo cuiq; ſtellæ particularis uirtus ineſt quæ ab uniuerſali totius orbis uirtute depẽdet, et ex multis aliquãdo ſtellis fit imago una cui maxima uirtus debetur, hoc quidẽ tali nobis exẽplo ſuaſimus, in homine eſt forma una quæ ĩ mẽbris ſimplicibus et cõpoſitis multiplicatur et illis uirtutẽ tribuit ſecũdũ neceſſitatẽ eorũ, poſtea uero quã e cœlo defluximus differẽtia elemẽtorũ iura notauimus quæ alio loco inſcripſimus, cũ aũt terræ propinquiores facti eſſemus illiusque ſitũ diligẽter aĩaduettiſſẽ inſcius quo currũ producere uellẽt ad urbẽ noſtrã declinauerũt, et a Nicolao põtifice maximo ipſum ac puellas ſumopere curandas iuſſit.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE